

1840



~~1840~~



*l. m2. f. 2.*

*M*

*12. 11. 17*

~~*6. 10. 150*~~

QUERELA  
VENTRICULI

Renovatae

Auct:  
Bernhardo Swabio  
Med. D.



AMSTEL, ODAMI,

Apud Joannem Janssonium à Waesberge . 1675

MUSEO  
NACIONAL DE HISTORIA NATURAL  
DE CHILE

VICTORIO EMANUEL

H. 1. 16


BIBLIOTECA  
VICTORIO EMANUEL



QUERELÆ  
VENTRICULI  
RENOVATÆ,

Sive

ΠΡΟΣΟΠΟΙΙΑ

*Ejusdem* 

Naturalia sua sibi vendi-  
cantis & abusus

*Tam Dieteticos, quam Pharmaceuticos  
perstringentis.*

Adornante

BERNHARDO SWALVE Medico




AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM  
à WAESBERGE, 1675.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

ACCEP  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a footer or page number.



# LECTORI

BENEVOLO.

**D**Ecennium est, quum *Ventriculus* querelas suas primùm eructaret ac evomeret. Ad easdem jam rediit, iisdem innovandis paulisper incubuit. Debuit, quandoquidem consumptis avidè primis, secundas has non minus utiles sibi, non minus acceptas veri studiosis fore conclusit. Sic enim subausteram Veritatem illecebrâ voluptatis evadere commendabiliorem novit: Sic jucundius animis illabi,

\* 3.                      acrius-

## L E C T O R I

acriusque infidere, quod festi-  
 tate quâpiam conditum est. Vete-  
 ribus etiam saluberrima vitæ præ-  
 cepta puerilibus in speciem Apo-  
 logis proponebantur. Nec infeli-  
 citer cessit quamplurimis fabulam  
 suam personatis agentibus. Quam  
 venustè lusere Batrachomioma-  
 chiam Homerus. Maro Culi-  
 cem, Nucem Ovidius? Quos non  
 retulere applausus Roterodami  
 Stultitia, Entis Morosophia, Pirck-  
 haimerii Podagra, Chryssippi Bras-  
 sica, & Marchionis Græci Raphanus?  
 Quid quod nequidem ob  
 Thersitis, Quartanæ, atque Cal-  
 vitiei laudes explosi sint vel Favo-  
 rinus; vel Synesius, vel alii? A-  
 deò nil pusillum, quin aliquous-  
 que

## B E N E V O L O .

que exfurgat, neu absonum, quin alicundè suam mutuet gratiam: Ipsa sua cujusque infantia hanc parit; etiamque quod eam antecedit, licet sin propius spectes, prope modum videatur nihil. Nec est, quod Ventriculus vereatur aurium hujus temporis delitias. Licet enim quisquam alius albos ferret vix calculos, elimatissima promendo; licet nec absolutissimum quodque avidis omnium exciperetur ulnis; Tamque opiparum, aut invincibili artificio fabricatum nihil prodeat, quod hodiernis illustrium Deorum mensis (quibus Nectar, & Ambrosia solum veniunt) cum gratiâ apponi possit. Attamen Ventri-

# LECTORI

culus ex altero Orbe parvo veniens, securus fui, ac vero nitens felicem denuò prospectum auguratur; nec similem illius apud Apuleium. Seria sub joco transigit: quam assumpsit personam, ejus decoro ubique subservit. Sin aures non illi obtingant benignæ, sin sinistri quid adhæreat, sin intentum suum non obtineat, jamdudum iis adversis se adsuetum esse his ipsismet, docet querelis. Ubi inveniet, cui probetur, quasi sibi dissimilis Saturnus gaudebit, & fors cum ipsis Scipionibus suos non commutabit triumphos. Ita quidem Ventriculus eodem poterit esse loco, quo olim Diotima, quum dixerat, quæ ad rem erant:

Tum

## B E N E V O L O .

Tum enim nec Socrates eam salutare magistrum erubuit. Agnoscit saltem factum suum Aquila, quum dubitaverit agnoscere. Quid pluribus? Saltem ut suum quisque Lector valere velit Ventriculum rogatur; & qui rogat, suus cujusque in magno suo ventre parvus est.

*Inveniat quod quisque velit, non  
omnibus unum est,  
Quod placet hic spinas colligit,  
ille rosas.*

C. R. W.

C. R. W.

I N

A P O L O G U M

V E N T R I C U L I

Carmen Encomiasticon.

**S**unt quæ mole placent, velut Co-  
lossi,  
Montes, Pyramides, Poli, Gi-  
gantes,  
Mausolea, Theatra, & Ambulacra:  
Sunt quæ grata magis, magisque  
chara

Isthoc nomine, quod minutiora:  
Horum de numero solent haberi  
Sculpturæ, Lapidesque, Gemmulique,  
Gnani, Pumilio, Libellulique,

Ipsa



*Ipsa qui brevitate præferuntur,  
Parvis gratia magna juncta rebus :  
Major corpore vis viget pusillo.  
Hujus nunc specimen Libellus hicce  
est :*

*Musas inveniat benigniores  
Nusquam, aut Ventriculo decentio-  
res,*

*Quisquis perlepidas amat Camœnas,  
Quisquis de gravibus cupit jocosa.  
Thesaurum specie quidem pusillum,  
At magnum pretio tenet, premitque.  
Comes Ventriculo venusta lingua est,  
Dicentique favet Venus palati.*

*In probris decor est ; & in Querelis  
Majestas, quasi venter heic trium-  
phet.*

*Nec possit Cytharâ potens Apollo  
Inter Cœlicolas Deus triumphans ;  
Nec possit Medicâ stupendus arte,*

*Dum*

Dum inortem reprimit subinde ama-  
ram,

Atque Aegris revocat dies fugaces  
Vocem efferre quidem salubriorem.

Ergò Venter ferat decenter

E Lauri viridem sacrà coronam:

Dignus quem pariter colat, canatque  
Quotquisque suæ studet Saluti.



VEN-

PRIGLEBTEC  
TORIS EMANUELE

# VENTRICULI QUERELÆ.



**N**E oculos mihi ab Anatomicis exacto commodare fastidias, aures rursus exigo vacivas. Exclamantem *Ventrem*, quum esurit, sine morâ exaudis; carere enim illum auribus dicis. Jam non excipe esurientis hujus latratus, nec vomituriens borborygmos, nec rugientis murmura, sed dolentis querelas & exprobrantis jurgia. Ut imaginem enim calamitatum mearum efferam, in theatrum prodii. Vindictis ut secundum libertatem datus utar, superavit impossibilitatem necessitas, & evicit timiditatem audacia.

Et quoniam more quoque prisco *Viscera Microcosmi* colloquiis instructa novi, nil moror novitatem, quæ facile inveniet veniam, quando gratiam, quâ destituetur forsitan argumentum, compensabit veritas apertis enim illa recessibus meis in apicem prorumpet. Sparsis undique nebulis, ambiguitati suspensæ, intentatis criminibus dabo vocem meam.

Sufficiat hoc lucidum veritatis tentasse iter, ac in abusus omnes profectus velut lite depugnasse. Sin sapere decreveris, ut quisque ad veri studium maxime es propensus, ita promptissime suffragaberis: sin furere perseveras, scias saltem proprium me tibi occlamare *Viscus*.

Non enim alienus tibi, O bone! nec peregrine adveniens hospes sum. Corpore me tuo circumfers, & ore tuo Spiritum, qui verberat aures tuas, traho. *Microcosmi* enim cujusvis incola non ignobilis, & quasi parvus in *Ventre tuo venter* sum.

Non sanè tumultuarium *Naturæ* opus, aut tam leve, ut illi exciderim: nusquam mage tota fuit, ac in mei opificio. Non audis ergo coaxantem in ventre tuo *Ranam*, aut sibilantem *Anguem*: figmentis his, sine, ludantur illi, queis atra bilis detorsit & evertit mentem.

Nolim ego onerari tam intempestivis scrupulis animum tuum. Nomen potius, usumque meum primâ fronte prodam, ne in tenebris micem, vel tacitè mecum stomacher.

*Ventriculi nomen & usus.*

*Ventriculus* vel *Stomachus* dicor, infimique corporis pars sum organica: *αυλάγγιον περιτέλειον*: alimenti promus condus: æquissimus familiæ pater: publica corporis culina; commendando  
quip-

quippè ministerio alor, ac alo totum.

Fluminum enim more raperis, nec idem ille es manè, qui fueras pridè. Hanc perennem instauro consumptionem, ab œcumenicâ Naturâ factus officina coctionis primæ.

Me ergò integro corpus fers salubre; me afflicto perit hujus vigor ac firmitas. Sin nolis, ut per me tibi bene sit, mox effecero necessum est, ut sit tibi malè. In me enim quætela libras, in tuam retorqueo amentiam; genio quum defraudèris, omnique vivifico nectare, quandocumque noxam traho.

Non meâ ergò causâ solùm hanc audis *Harmodii* cantilenam, vel *Admeti* nœniam; totius harmoniam labefactat afflictio mea, & valetudinem efficit integritas.

Quarè, ignosce, O depravate omnis! si justis detono querelis; ignosce, quod decorum originis, naturæque meæ provoco.

Nolim tamen hoc de *Principatu* Partium omnium intelligas. Non adèò in vitâ prognatus sum modestiâ, ut mihi eam arrogem. Eudit saltem *Quintus Serenus* in præfago *Parnassi* monte, dum ait:

*Qui Stomachum Regem totius corporis esse  
Contendunt, nisi verâ ratione videntur;*

*Ventri-  
culi di-  
gnitas.*

4 VENTRICULI

*Ejus enim validus firmat tenor omnia membra,*

*Et contra ejusdem firmantur cuncta vigore.*

Nullus me furor afflat : non quæro gloriam, nec exprimo.

Rudis honorum contemptor cur in proprias irem laudes, & decorum supergrederer ? Omnibus Partibus intima me miscet Charitas, ac consuetudo. Fraternali conspiramus usque in consumptionis terminum concordia.

Agnosco Cor, ac in eo Sanguinem τὸ πᾶν, ἔ τὸ ὅλον : Fontem vitæ, ac lucidorum spirituum, in quibus lux nostræ vitæ. Velut umbra Solis Terræ nox est, ita umbra Cordis omnibus nobis mors. Hujus enim tanquam vivificis Solis radiis œconomia totius illustratur, ac viget : arctiore autem annonâ interceptis languet & labascit.

Majestatem hanc Cordis vitalem non dispari passu fermè comitatur majestas Cerebri animalis. hoc enim primum τὸ κινήτην καὶ αἰσθητην.

His primatus insignia publicus non ster desert consensus : nec ego quicquam derogare aut velim, aut possim. submitto his fasces meas, revereor splendorem, ac virtutem ; & omnem ad gloriam contentionem remitto.

Non sefellero tamen arrogantiam culpandâ, si reliquis omnibus me prætulero.

Ve-

Verum cui foret bono sermo hic non publici saporis? *Natura* nos omnes pares esse iussit. Sanguini, ac Spiritibus, reliquis succis omnibus famulamur omnes. Cuique sua statio, suum assignatum Officiuin: publicum mihi, singulare, ac priuobile incumbit. Plus quam dixero, quid vanissimo strepitu, inanique tumore profecero? Solet & *Cor* & *Cerebrum*, ad magna merito surgentia *Viscera*, malefidum sæpè afflare sydus, ut ipsa corruptionis memoriâ fient, & obmutescant: eadem calamitas tangit omnes.

Nihil ergò moramur gloriam cum tot & tantis casibus conjunctam. Sive *Hepar*, quod claudit dextrum meum latus, tam affabrè concinnatum viscus jam intrudatur in consortium principatus, siue eodem eximatur, inanissimo sanè isthoc nomine non afficitur.

Non affectavit unquam imperium, nec exercuit, sed vivit ab omni ambitione alienum. Nec datum illi, velut jam mihi, eloquium, alias secretiorem hanc veritatis partem non subtriceret. Singulare tamen ejus ac publicum officium non deficit quopiam majestatis pondere.

Nec ita nobiscum in *Microcosmo* sese res habet, velut in *Macrocosmo*, ubi per nummos opus virtutis agentes, non men-

de plebis tabula eruere licet. Non agnoscimus hos, qui vel emptis coluntur fascibus, vel indigno superbiunt conjugio.

Ordinariâ Naturæ lege partes omnes manemus, quod sumus. Deterior quidem nobis fragilibus sæpè, at altior nulla fors evenit, quam quæ posita est semel.

Abutantur ergò, licet, magni quoque viri literis suis ad affectus digerendos, in *Macrocosmo*, nos incolæ alterius *Cosmi* tolerandum habemus. Cantent exequias *Visceri* alicui, vel redivivum celebrent; deprimant ac censoriâ potestate castigent, vel erigant, & sustollant; scribant *Epitaphia* quasi defuncto ac tumulato, vel asserant resurrectionem ejus: Celebrent usus varios, vel eosdem disparuisse monstrent: pergant sui esse tubicines, & quemvis *Thrasonem*, quemvis *Pyrgopolynicem* exsuperent: tolerare longè graviora solemus.

Sic fati humiles omnes sumus, ut nihil, cheu! spirare excelsius quicquam possimus. Nec debitus cuiquam amplius parti honos est, nec ulli ferè cum suo præcipuè convenit *Ventriculo*. Quis enim omnium non potius *Gula*, quam mihi litat?

O Dolor! quæ non suffero indigna,  
& quæ



& quæ cœlo teste fiant, & quæ omnium auribus exponantur. Nemo enim hoc nefas ducit, quod mihi; proprio suo conficit Visceri.

Tanto sub abusu Fabula insuper sum, *Ventri-*  
ac in ore omni populo; quum tamen *culi abu-*  
non digniori habeat loco, quam *saccus* *sus.*  
*Gule appensus* quispiam. Quis enim mei curam gerit, & non potius nuncupatis me infestat votis, ut intemperantis *Gule* hiatus adimpleat?

Degeneris huc vadunt consuetudinis imperia, furentumque animorum impetus. Submergor luxuriei pelago, nec est quem sui misereatur visceris. Exponor omnibus lascivientis *Gule* illecebris, nec est ferme in quo securè degam: Ut *Sphynxem*, ut *Pœnam* experior eam indies.

Venatur enim quilibet voluptatem; & ipsis me metitur oculis: confessumque id vitium est, eoque mage liberum infestat: ita quidem frugalitatem de summa sede depulit luxuries.

Utcumque in bestuis *Natura* mihi clementior, quasi ibi aliquid supra homines deberet. Tam imam sorditiem civilis ratio mortalium mihi parit: pabulo enim, quod *Natura* Feris ponit, non satiantur immodicùm: Escâ, quam errantes inveniunt, contentæ sunt. in solis hominibus non impunè mihi licet

exhaustas jejunio vires adimplere.

Primis sanè Mundi seculis Temperatiores mihi, ac necessitati obsecundabant; quorum honos abiit cum iisdem in tumulos. Quæ enim virgulta jam surrexere, quæ decisorum horum truncorum majestatem ferrent? Quis parem famam, pondusve vel quasi sobriæ familiæ extremus sustinet? Quis in pares transmittit vitam suam annos?

Quem in valetudo non infestat? Delitescbam sanè securior in *Curiis*, *Fabritiis*, *Catonibus*, aliisque ob frugalitatem decantatis. Hodierna mea conditio longe alia jacet; quandoquidem cum aureis seculis & vitæ longævitas, & robur corporum, & mea perennis integritas planissimè evanuerunt.

Hanc nunc propalandam duxi; nec hoc saltem quispiam ducere nefas velit, quod ipsemet id ausim tentare. Tam occupata est hodierno seculo *familia Æsculapii* indagandis Ductibus, invenendis Recessibus, comminiscendis variis Particularum ignobilium usibus, ut non vacet ipsi in meum emolumentum aliquid commentari.

Liceat ergò mihi, quod ab aliis non facilè impetrem. Semper hic mos fuit Eruditis, ut quicquid dolet, aut delectat, libenter Chartis committerent. Ego quandoquidem omnis in me impetus

tus alias nequeo consumere, in has jam querelas prorumpo. Præsertim quum nondum mihi liceat de solo nomine apud Vulgum securum esse.

Sub *Gula* nomine vapulo, ac insensissimi mei hostis vitia imputantur mihi: is adhuc dum error viget, meque omnibus modis mordet. nec potuit persuadere *Galenus*, id saltem *non* *genui* *genui* *genui* fieri. Robusta hæc consuetudo intolerandam malorum mihi messem procreat. & longum foret singula excipere, quibus exin malè audio: quicquid etiam dixerò, minus reapse erit.

*Gula vitia non imputanda Ventrículo.*

Dulcedinis omnis amor, immodicum desiderium, retro-actæ voluptatis memoria, complacentiæ imago, & quicquid palatum afficit, ingluviemque illicit, inscribuntur mihi, meoque assignantur appetitui.

Levibus tamen his, inanibusque sonis ut ludibrium excitant, ita consequenter enervant corpusculum meum, ut cadat tandem. Quasi verò ego jurè delicatulus traducatur, aut adeò delectum saporum habeam.

Appeto ego, quod *Natura* sufficiens: nec priyata ea solum mea stimulatio est, sed commodo publico inservit.

*Linguam* spongiosa, & porosa pellicula obducit, quæ medium *Gustus*. Hanc sapida primum species, dein carnem

linguæ, ac sparsos ex tertio pari nervos invadit: debet autem originem lubricanti glandularum tonsillarum mucosæ.

Quin intercedit quoque *salivæ humor*, & tincturam cibariis extrahit. Ne putes interiorē ex me membranā in os usque protensam inservire gustui. Mucilaginea dicta ubi vis illi superjacet, & objecto gustili proximior est.

Interim, quæ ex me protenditur, non investit fauces absque ullo naturæ beneficio: sed ne inultus omnimodâ obruerer proterviâ, monstrareque nauseam possem, vel efficaciter exonerare vomitu.

Quam falsò ergò mihi crimina imputantur *Gula* debita? Sparsos per omnia veritatis radios, innocentia meæ testes habeo. Sed nudum me, tanquam sine fucata veste *Dianam* nemo inspicit. Non trutinat quispiam, quam modicis contentus sum, ac esse possim. Quid quod censeat inhærere Faucibus, vel proximè illis subjici?

*Ventri-  
culi Situs  
& con-  
nexio.* Tanta est de *Situ* meo, ac *Connexione* ignorantia! Quum interim infundibulum fistulare ab extremo faucium per cervicem internam devolutum circa undecimam saltem vertebram dorsi uniatum ori sinistro meo. Tanto equidem à faucibus spatio disternior, locatus à provido *Architecto* in *Epigastrio*,  
ne

ne mihi obstarent ossa. Nec tolerant sanè propiorem ori organa vitalia, ne his ego oneri, aut illa mihi.

Ut mirèris *Tullii* negligentiam me ad linguæ radicem proximè collocantis.

Patens, distansque satis à me ad *Os* vel *Anum* plaga est. hinc & illinc nisi insignem per violentiam inculpatus dego. aditus uterque, qui aperit regionem meam, benè munitus est. purus, incorruptusque mihi remanet, nisi quid moliat *Gula*, tractus.

Nec ignobilem stationem à *Natura* sum sortitus, prout quidem genius loci, fortunaque mea fert. Liquidi, pellucidique fontes vasorum corpus meum aluunt. ipsum quidem *Diaphragma*, ut sepes ac paries intergerinus distantiam inter me & fauces exprimit; cujus latera expletus per *Gula* illecebras prèmere soleo.

Totius mèdium occupavi, majore tamen fundi mei parte ad sinistrum vergo Hypochondrium. Jecur ibi, interque *Lienem* medius, angustiam refugio, & latus exæquo utrumque, dum hepatico ponderi lienale compenso, supposito *Pancreate*, ac innatante *Omento*.

Quin ergò removes pigrum animi gelu, *Gulose*, nec falsis me distrahis calumniis; recollige potius memoriam, & eam in anteaetæ vitæ tuæ spatium

sparge. Tene nunquam, quum me cibo, potuve nimium infarceras, gravamen sinistri lateris, & punctorium percepisse dolorem?

Pace tua dictum sit, non credo. Consummata ea felicitas non contingit tui similibus, ut absque sensu mei dolorifico vitam transmittant. multoties potius monstrasti digito *Hypochondrium*, quum caderet in supplicium voluptas. Sin ea mentis hebetudo, ut præterlapsum sit, vel memoriæ fragilitas ut effluerit, crede aliis, quæ is innotui per pleraque cruciatum genera. Sic soleo amicos, nisi redeant ad bonam mentem.

Maledicant interim *Gula* suæ, non mihi, qui sentiunt sibi hilaritatem confundi: meretur ea totum furoris ignem in se converti, quæ mihi causa malorum.

Litigat *Ulysses* (testor *Petronium*) cum corde suo: Castigant *Tragici* oculos suos tanquam audientes; Quid? quod & *Podagrici* pedibus, *Chyragrici* manibus, *Lippi* que oculis maledicant? Quinimo qui sæpe offenderunt digitos, quicquid doloris habent, in pedes deferunt. Nihil ego ergo mali egerim, si exonerem dolorem meum naturali convitio in fontem.

Quo jure tamen ego maledicta in  
*Gulam*

*Gulam* amoliri fatago, eodem illa mihi monstrabit *Anatomicorum Theatra*. Quænam autem ibi insidiæ, inquires, aut quis nobis *Annibal* inter *Doctores*?

Non ego lanienam meam extinctus deploro, sed falsam mei speciem non infrequenter exhibitam: hinc despectum mei subire *Adolescentibus*, hinc helluonibus increfcere aufa. Exemptus enim cadavere inflari soleo, & in immensum attenatus extendi, ut spectaculum fiam monstrosum.

Nec advertunt incauti omnes, me tantæ capacitatis in corpore non latuisse: sed imagine mea delusi nullo post loco habent dolium tale, modò suavia sint, quæ recondant. Quænam autem injuria est, si non hæc? Eane mea capacitas, quam quatuordecim aquæ libris plenam exhibuit aliquando *Patavij Spigelius*? Quid quam novem pintis viniis *Amstelodami Plempius*?

Ut taceam jam his similia; ipsaque non memorem speciosa hujus meæ Capacitatis trophæa, hinc inde *Theatris Anatomicis* appensa. Quoniam autem sic passim trahor in ostentum inflatus, ex transverso mihi malum non levè redundat.

Interim non ea potest esse in corpore mea amplitudo, nisi monstro quoquam ianatus sim. Corporum quidem varietas

Ventri-  
culi ma-  
gnitudo,  
& capa-  
citas.

tas eam variat : rotunda quoque & sphaerica, sed oblongata paululum ad dexteram *Figura* mea respondet : Substantia sanè corrugabilis, & extensibilis amplexandis contentis accommodata est.

Quandoquè tamen per incediam me maceratum contractumque vix ab *Intestino* discerneres. Manduconum autem ac Potatorum in isthanc sæpè tenuatus amplitudinem fui, ut irreducibilis tandem illis exitio fuerim.

Nec interim imago isthæ te deludat, quasi immensam ingestorum vim sustinere aliquamdiu valeam : quandoquidem optima *Natura* futuros ejusmodi helluones præsenferit, ideoque iis propitia in regione mea nihil offilentum statuerit, quod mihi esculentorum ingluvie turgenti possit esse offendiculo. Quæ enim incommoda laxatum meum tonum consequantur, infra fusè audies.

Differre licet lachrymas ad ostentationem hujus pararas, quia joculari quandam audaciam perstringere pergo protinus, quâ quibusdam traducor. Desinite, hi suis argutiis meam præsumunt capacitatem.

Nescio sanè undenam hæc illis audacia, aut ubi fabulas tam bellas didicerint. Nec enim scæminis semper minor,  
ac



ae viris contingo : nec oris longitudo  
meæ est capacitatis index. Et spatii inter  
cartilaginem ensiformem , ac umbili-  
cum comparatio , cum illò quod inter  
faciem & pectus est , absona prorsus.

Quid enim ? num voracitas ex oris  
magnitudine ? interstitia externa par-  
tium an *Visceribus* dimensum largiun-  
tur ? & quænam hæc *Uteri* extensio  
tanta , ut ad eam conformari debue-  
rim , nec si qua obtingat illi pars tum  
corrugabilis cedere possim ?

Præterquam quod singulis mortali-  
bus *Natura* me proprium concesserit :  
sicut unicuique sua lineamenta invenit,  
quæ frontis habitum à similitudine re-  
liquorum distinguerent. Hunc mirabi-  
lem illius lusum tot subiectis variatum  
non facile quis cogitando assequi pos-  
sit ; velut nec pictor suis tabulis omnium  
corporum formas incluserit.

Proceris quandoque & prægrandi-  
bus corpore , me amplitudine confor-  
mem fateor , sed ad breviorum corporis  
ambitum , sin me contractum pariter  
æstimes , errabis. consueta per ætatem  
impletio datam à *Natura* conformita-  
tem persæpè diruit. Tunicarum etiam  
mearum complexus , qui plurimis in-  
gestis diduci asuetus est , debitam in  
arctitudinem non æquè facile redit.

Cæterum ab alia quapiam larva mihi  
pa-

paratam adhuc luctam video, quæ semitam mihi in culmen pergenti præscindere tentat.

*Ventri-  
culus  
etiam est  
Viscus.*

Quod inter *Viscera* recenset, *VVar-  
tonius* non tolerat; quasi nil mihi com-  
mune cum reliquis, nisi quod in *Ventre*  
situs sim.

Turpissimam hanc litem non face-  
rem meam, nisi *Libello de Glandulis* eam  
urgeret. Pacatiorem certè cum virum  
mihi velim, & inspicere accuratius tu-  
nicam meam propriam. Sequester hâc  
inspectâ nemo mihi dispicet: nec ipse  
adèd *VVar-tonius*, modò sua recolligat.

Ab *Aruspiciis* enim transumptum  
*Visceris* vocabulum, nobilioribusque  
animalium partibus internis ascriptum  
ait, ubi de *Cerebro*. Sed inter exta, sive  
*σαλεύχνης* & *Viscera* quomodo me simul  
inspectum negabit? Ecce sic hunc suo  
sibi jugulatum gladio sisto.

At enim sic nomen commune quum  
mihi controversatur, quid erit Sub-  
stantiæ meæ? Eânè ergò melius mihi  
prospectum in Avibus, quam homini-  
bus? Saltem in iis carnosior, ac sangui-  
neor nomine *Visceris* haud indignus  
videbor.

Sin faciam inducias de nomine, &  
constitutam eam friyolam litem mit-  
tam, saltem *Substantiæ* meæ dignitatem,  
quæ non manet intacta, vindicare de-  
beo.

*Con-*

*Contemni turpe est: legem donare superbum.*

Non Avium tamen, non ego reliquorum animalium jam curam gero. Novercam humano generi *Naturam* in *Substantia* mea erigenda non fuisse convincam. Ad interdictum veniant omnes, qui ambiguam amant litem:

Principiò sciant unicâ me potissimum substare *Tunicâ*; hanc me, mihi soli servare; non esse alterius propaginem, nec in aliam partem propagari. Evidens cuivis potest esse hujus carnositas: Fibrae enim carnosæ in orbem, in rectum, & in obliquum exporrectæ eam, tanquam vimina sportulam intertextunt, ac compingunt.

Sola hæc, & unica est, quâ vim possideo motricem. unicum enim motum constrictorium mihi sufficere judicavit Parens *Natura*, & ne indigerem pluribus, providit. Propria hujus meæ *Tunica* propriæ ac fibrosa carnositas ut me commovet, constringit, & contrahit, ita plusculum caloris, viriumque obtinet. Hâc ergò *Tunicâ* ut moveor, ut subsisto, sic famam inter *Viscera* facile conservo, & ignominiam declino.

Substantiali *Tunice* huic non extimam membranam, qua superficies mea lævis & albida, accenseri velim; quin nequidem in computum venire. Nec enim hæc pannucia mihi propria est,

*Substantia Ventriculi.*

est, sed spolium *Peritonæi*, quod plures in vicinia partes sibi vendicant.

Res aliena ergò, & mihi emendicatus cento, quanquam arctissime circumcingat, temerè meæ accensetur substantiæ. Sin timent fidem oculorum *Diffectores*, injiciant contemplationem, ubi Os meum *Diaphragmate* cingitur, & invenient propaginem. excussa quippe isthoc in angulo lacinia extrema prodet hujus vestis communionem.

Nervosa quin etiam *Membrana*, quæ internè me subvestit & succingit, vix veram substantiæ meæ partem facit; æne vix quidem. Major enim meo ipso *Corpusculo* est; portionem sui maximam per *Oesophagum* etiam Ori, Fauibus, ac toti palato tribuit.

In tanta sanè amplitudine eam meam facere nequeo; & ne quidem velim. Etsi autem omnia mea vasa suscipiat, & ab angustia includentis meæ *Tunice* amplitudinem amittat suam, in plicas & permultas rugas revoluta, nihil tamen ponderis *Substantia* confert. Ad contractum equidem alterius corrugatur, sive grata mihi contenta leviori amplexu quopiam contineam, ac super ea requiescam, sive validiusculè exserta constrictione exprimam eadem. Semper hæc consequi, ac passi rationem habet.

Nihil.

Nihil ergò est, quod mihi vesticon-  
tubernium objiciunt, reliquis idem  
hoc Visceribus obtingit.

Nihil, quod *Rugas* crustaceamque  
ex iis mucilaginem: illæ ex negata am-  
pliatione membranæ me subvestientis  
suboriuntur.

Quid, malum, enim *Rugas* facilitan-  
do ingestorum complexui, vel acri-  
monia eorum retundendæ, vel etiam  
meliori dilatationi meæ inservire com-  
miniscuntur? Siccine intentiones ab-  
sonas *Nature* affingunt, noluntque se-  
riâ ac severâ lege eam effecisse?

Jam *Fibras* diversas diversorum quas  
volunt mihi motuum causas? nec mihi  
solummodò, sed toti Patrium cohorti,  
ubi ubi eas invenire est? quasi robori  
& firmitudini non saltem sint tam mi-  
hi, quam partibus omnibus: exinde-  
que motus quidem melior proficisca-  
tur, nulla tamen ejus diversitas. Ve-  
rum ista jam transeant.

Produxi *Substantiam* ex *Tunica* intus &  
extus membranâ quapiam æcinctâ  
constantem. Eadem ergò sese expan-  
dit in *Fundum*, ac duo *Orificia*.

*Partes  
ejus disti-  
miles.*

*Fundi* cavitate excipio quicquid inge-  
ritur: Locus est, quo coctionis munus  
obeo. Capacitas, & expansio ejusdem  
à contentis, contractio à mea vi profi-  
ciscitur.

Utrin-

Utrunque pari altitudine *Orificia duo* elevo, dextrorsum ac sinistrorsum amplitudine contractâ. Sinistro *Ore* continuato *Oesophago*, *Diaphragmati* annexo, nervoso, ac crassiori ob fibras orbiculares, quibus intertextum est, alimenta excipio.

Hoc eamne conformationem nactum sit, ut dura & semimansa admittat? ut per coctionem elevatos fumos vapores à Corde, Cerebroque arceat? proprio sese instinctu claudat exactè, perficiendæ coctioni, regurgitationi præcavendæ, vel anhelitus sætori?

Quam malè fides in his ambulet, non perstringo, ne mille causis collisus, finem non inveniam: dabitur passim ansa de iisdem agendi.

*Helmontius* eminentiam hujus *Orificii* nimium extollit. nec *Animam* radicaliter hospitat, nec vitæ principium delirat, quum me cogitationum vult conciliabulum; nec ulla mihi debentur *Symptomata*, quæ id probent, nec intra me subit *Chylus* dispositionem fermenti vitalis; adeoque imperium illud meum merum commentum est.

*Dextro Ore* angustiori, sed dilatabili, ac ubi non nihil reflexum, circulo *Sphincteris æmulo*, vel si mavis *valvula* intus me spectante circumdato iagesta emitto.

Hoc autem mihi nunquam ita claudis-  
scias,

scias, ut perpetuam concoctorum emissionem non toleret. Sin benè habeam, meo excernendi robore, ac sola vi constrictoria contenta exterminantur.

Non opus alio pessulo ad eludendam hospitis recepti fugam. laboriosus est magis ascensus Chyli quam facilis descensus. Assurgentem massam magis sorbet Pylorus, quam recludit. Rector aut Monarcha non est Janitor.

Sic, ecce, constat sibi *Corpusculum* meum. *Tantillum est*: tam singulari *Natura* providentia in dictum modum adornatum: locus, risusque ut ut sit quam plurimis, cui defraudando, sugillando tot exstant fabularum contextus, quasi tortum periisse mereatur, ac horrenda committat facinora.

In *Structuræ* etiam complementum com meatu necessario quam operosè mihi prospectum, altiori indagine opus habet. Sic spondere ausim quemvis admiratione saturem discessurum, licet insidias auribus non fecerim.

Gubernacula *Microcosmi* verò commissa *Cordi*, ac *Cerebro*: commissa *Sanguini* ac *Spiritibus*. Fontem hinc sensus motusque, illinc vitæ ac aliminis. Animam etiam upam multiplices potestates per partes diffundere. Spirituum, hinc Sanguinis indigentiam, quorum tamen fluentia canalibus, tubulisque, velut



aquæductibus includenda, non longius arcesso.

*Nervi  
Ventriculi.*

Sensum indigenti mihi autem adferunt *Nervi*, Spiritum ad eundem necessariam communicantes.

*Nervi* à spinalis medullæ radicibus oriundi, & sexto intra calvariam definiti conjugio, ut multiplici serie, numerosaque propagine partibus aliis, sic & mihi appliciti. Gemini autem Diaphragma præterlapsi os sinistrum mutuo involvunt ac obliquo complexu.

Dexter furculis aliundè susceptis obliquè se inclinat sinistrorsum in Oris mei *Os Pectus*. Sinister dextro lateri se communicat: ambo non reticulato saltem atque artificioso coronant amplexu Os sinistrum, sed & in dextrum, fundumque se propagant, exhauriunturque tenuiter.

Sic *Nervis* involvor ad exactiorem sensum. Non hinc autem dolores, non quam crebros, quam acutos referam; quas ex errore levi illis causas; dolorificosque affectus ori utrique imputandos, ob *Nervorum* horum congeriem: Non e mentitam omnium viciniam, similitudinemque: Nimis alienis hocce loco involverer.

*Arteria  
ejusdem.* Quoniam etiam non subsistit mihi ignis naturalis, ni perpetim refectus, nec sufficit pabulum, nisi restauratum, aliis



aliis indigebam *Vasis*, iis advehendis. Hinc ut *Arterie* aquæ instar ductuum à *Corde* ut cisternâ diffusæ omnes *Microcosmi* zonas irrigant, fœcundant, irradiant, ita & me spirituoso liquore recreant, & nectareo succo beant. succurrunt scilicet ex succo mihi, & quo liberaliori rivo, eò ampliori nutritus spe.

*Sanguis*, & qui ex ejus oleosâ & alcalicâ parte elevatur *Spiritus* instar fluctuum maris etiam ad littora mea expelluntur; præbentque ruentibus viam robustissimi Canales hi à scaturigine exorti, & cum sororibus *Venis* coëntes.

Ab *Aorta* enim *Celiaca* se progerminat, quæ se in dextrum, sinistrumque ramum dispescit. Dexter supra posteriorem *Pylori* sedem, & infra dextrum fundi latus tum anticum, tum posticum ingreditur multijugâ sobole. Sinister splenicus, dum in *Lienem* vadit, *Gastricam* profert, quæ medium posterum, quo dorso accumbo, allambit; ascendendo autem sinistrum meum *Os* coronat multifariam. Idem verò *Lienem* ingressus *Gastro* epiploidem sinistram per fundum meum disseminat, & *Vas* breve dictum ad latus, orificiumque sinistrum expandit.

*Vena.*

Felici autem ac maritali conjugio comitantur *Arterias* jam enumeratas *Vena* à *Poitæ* *vena* oriundæ. Næc desinit

nit hæc vasorum utrorumque coitio, dum per corporis mei compagem in internam mihi adjectam membranam exhauriantur.

Tam operosam Vasorum horum ramificationem, Iusu naturæ tamen sæpius variatam proposui: Sic sanè cœpi causam meam agere. Major quidem dolor in me sævit, quam qui ex aspersa ignominia sequitur. Hujus tamen etiam impetum disjectâ parum aptâ omnium subtilitate retundere libet. Circa aliena quidem à me, nostra se non occupabit *ἐπιχειρῶν*.

Igitur non infertur mihi diversis his vasis diversum alimentum. Non agnosco in *Nervis* succum nutriticum, nec in *Arteriis* solum spiritum, nec in *Venis* advectum sanguinem. Non quoque illarum sanguine augeor, aut harum nutrior, ita ut hæc à Jecore materiam, illæ à Corde formam ferant. Valeant hæc & cætera, quæ vix quoque in gyrum rationis cogiqueunt.

*Ventriculus nutritur sero ac ejus metu gaudet.*

Ab Arteriis à Corde advehitur mihi Sanguis: in hoc delitescit Serum, delitescunt convenientes particule fibrillis meis apponendæ, & affigendæ. Inorbendum existat id, quod citò in fibrosam coit densitatem. Simile id substantiæ meæ redditum compingitur.

Residuum ex saturalis poris meis trans-

transsumitur, & à venis resorbetur, sicque ad Cordis Claustra refestinat. Effætus Sanguis remeat ad fervidum vitæ thesaurum, ut denuò imprægnetur. Regressivo isthoc motu, itu, redituque negotioso, circulo perennitatis æmulo habeo alimentum meum. Ex appulsu Spirituum, ac fermentifico motu continuò recalesco, atque revivisco.

Excluduntur per agitationem impura omnia. Nec est hæc de nutritu meo veritas ullius novitatis rea, licet sic peragatur. Serram contentionis non libenter reciproco. Hic appulsus alimenti ab ipso ortu meo mihi congener; connascitur & commoritur mihi, adeòque vita ipsa mea est.

Nec heïc audio Arteriarum cœliacarum exilitatem obstrepentes quia sufficiens advehunt nutrimentum. Non ereptum per eas mihi chylum agnosco, sed aliquando equidem per Venas.

Interim viis etiam distinctis eundem sæpè effectum *Natura* molitur, & ludit, vel abutitur suâ potestate. Quin enim verò eâ diribitore sanguineis haud rarò fluentis inundor. In Verulis mensum beneficio spoliatis, Lienosisque id mihi solitum. Tum per *vauoiwav* egurgitatur sanguis in me ex omnibus vasis, quem evomo.

Bre-

Brevia dicta vasa non multum moror. Ligamenti speciem quid subeant, quum simul cum aliis gastricis sanguinem a me revehant? Fermento ut mihi acido prospiciant, haud indigeo. Hisce tamen sicut aliis omnibus vasis, multimodè variorum revolutas rejectiones ut passus fuerim, non jam recenseo.

Sic mihi, sic partibus omnibus perturbari Sanguinis cursus potest, non absque totius succisione. Conspexerit *Riolanus* digiti latitudine adaperita, & in me hiantia. Sint vero consentanea, quæ de his *Columbus*, *Valverda*, *Riverius*, aliique. Quin tumidum hisce, non tamen solis, reddiderim *Lienem*, quum copiosam suscepissem aquam. Nihil tamen hi casus quicquam præstitiunt cursui naturali.

*Motus ille communis est Ventriculo cum omnibus partibus.*

Neutiquam sane audiendus *Riolanus*, quando mihi, totique vicinæ meæ intolerandam afflat ignominiam. Quod enim, quasi suo impetu cælum ac maria è Microcosmo rapturus, crudelissimis in nos detonat edictis, causam suam, mihi crede, præcipitanter corrupit. Nihil sane attinet, quasi minis conjungendi forent ictus, in eas quod redigar angustias, ut hostis esse cogar. Quum non arma modo, sed querelas pararim, non possum tamen impune sævientem ferre.

Na-

Naturaliter ac semper denegari nobis motum, ac ventilationem; cœnosis ac impuris me utpote culinarium, & infimæ sortis *viscus* ali quum statuminet, pervertatque in mea regione ordinem *Nature* tantus alias vir num tolerandus? Timidissimis etiam arma necessitas ostendit. Quis concedat me & viciniam ex Sanguine seroque non habere alimoniam? Quis arteriosum sanguinem ex cœliacis, splenicis, mesentericisque ad nos non deferri ramis? Quis à nutritatu superfluum in portam? cavamque non remeare venam?

Provoco ad experimenta; injiciat undique ligaturas; ruminet exactius cuncta; exploret digitis; transcursum sanguinis per *Hepar* prosequatur, ut deponat tandem acerbam in nos mentem.

Sed minus floridum in *Porta*, quam *cavâ* arguit sanguinem. Quidni? Fæculentior reducibilis est commistus; Intestina spurcатиorem redhibuere; serositasque collecta & commista colorem ejus obscurat; per *Hepar* cavam ingressus floridior, lucidiorque ibi conspiciendus est ab aliis admistis; Quid, quod jam tum paulatim elaboratior?

Quin agnoscat etiam impuritates morbosas orbiculatim per *Cor* circulari. Efflorescentiæ cutis ut retroceden-

tes Corac pulmones anxietent, obser-  
vet. Purulenta abscessuum in venas cum  
arterioso circulatda sanguine quando-  
que reassumi cogitet. Hæc si absque  
vitæ jactura, cur à nostro nutritu re-  
deunti sanguini transitum denegaret?

Fæcem vini cum liquore confundi  
agitato doctro ait: contra ego agitatio-  
nem sanguini necessariam ut depurari  
queat. Omnino enim suis spoliandus  
scorpiis cessurus in alimentum. Qui verò  
nisi subactus, nisi dissolutus? Sanè *me*  
*me* varia in varias deponit partes.  
Ecce ad tam aliena à me devolvor, ut  
fidem saltem inveniam alterius mundi  
incola.

Quod etiam *Hypochondriacos* allegat,  
nihil est. Licet enim æstuent his visce-  
ra, palpitet venter, appositæque manu  
pulsset perceptibiliter, nec tamen in  
carpo vel Corde pulsus mutetur, num  
inde separatus mææ regionis potest col-  
ligi sanguis? Non procedit id commen-  
tum ad ludibrium seriò nostrum. Ful-  
men est immaturis emissum nubibus,  
nec satis diu libratum: profecto alias  
mitigatori foret impetu.

Perpendatur etiam spatilis extra vasa,  
Visceribusque ipsis in hæere hoc ma-  
lum, quum alias cavis vasorum con-  
tenta abriperentur aliquando. Cogi-  
tetur arterias coæffici cœliacas & me-  
sen-

sentericas , dum ego & vicina tendimur , arctamur , gravamur : **Compressas** autem eas præsertim per iram & corporis commotionem excitare hunc pulsum.

Nec enim *Spigelius* in arteriis solam sedem hujus morbi collocans audendus est. *Cavitas* in vicina meâ per hunc morbum repleta non facit ad rem. Ut cedamus invicem nobis viscera , hæc facta est ; non occupatur naturaliter ab *Omento* : Et potest quidem hoc ex conforptis intumescere spongiæ instar , ut mentiatur *lienem*.

Sed quicquid hujus , reluctentur ut possint omnes malevoli , appulsus alimenti ex *Corde* mihi constat. Annon dum sic satis ? Enumeravi vasa corpore meo sparsa ; usum adjeci ; eodem cum omnibus sanguine repleti convici.

Quis tamen me *Chylo* ali sustineret ? Instram altercandi libidinem hanc quibusdam novi. Me nempe ex vasis meis saltem famis tempore alimoniam sumere tradunt : similiorem meam substantiam *Chylo* , ac sanguini ; mihi me soli quærere quod conveniat , nec aliis nisi ex superfluo providere : his commentis nutritio corporis mei involuta jacet , nec intemperans ingeniorum abusus abest.

*Non ergò Chylo alitur Ventrisculus.*

Facto interim levi vento facile pro-

B 3                      sterno

sterno hæc farsari folia. Siccinæ *Natura* famem meam magis prævenerit, quam mihi instinxerit, ut providerem publico?

Quasi *Natura* creantis sapientiã non alia etiam in alienos usus expendant operas suas. Ignaræ sin partes inos sumus, cui fini operemur, non ignarus tamen, qui nos constituit.

Itane nec ego desiderem ulterius elaboratum, & spiritibus ex fonte caloris haustis imprægnatum succum nutritivum? Itane recrementa ego tolerem, quibus chylus meus adhuc onustus, & quibus expurgandis tot destinatæ partes?

Quod voluptuose amplexer *Chylum*, dum operi accingor meo, non facit ad nutricatum: Nec quoque quod magnâ prægressâ inedia avidiuscule rapiam ingesta. Fames insensibilis naturalisque mea sedatur demum perfectâ assimilatione. Ne ludant, quæso, in mei ignominiam prurientes confusione horum omnium. Non sunt hæc tantâ *Naturæ* arcana, ut capi nequeant. Quæ circa meum corpusculum accidunt, bonâ saltem fide edisserere posse debebam. Aliena non sector curiose, nec laboro, quod nimis altum mihi pervestigare.

Exosculor & veneror omne quod in  
supremâ



supremâ *Cerebri* arce; regiâque sua sede *Dominus universi* molitur. Et quod *Rex omnium* in *Thalamo suo*, concameratoque thorace machinatur, per internuncios Arterias saltem participo. Sin in *Macrocosmo* ita quoque modum ponerent curiosæ libidini; sin paterentur *Natura* se sensim detegentis gradus fieri, nec ingenii fructus ambitione donarent, jam ego, jam omnes concives mei immunes ab ignominiâ foremus. Optare quidem id licet, non obtinere.

Haecenus nutrimentum meum fuit, nunc Officium ac munus meum publicum veniat. Fugax est *Microcosmi* vivacitas, perennis omnium substantiarum effluxus: hinc instauratione perpetuo opus habet: eo autem ut privatim pars quælibet fruatur, reipublicæ interest: publicis ergo promptuariis privatae cuiuslibet exigentiæ provisum.

*Ventriculi munus publicum, cui inservit Appetitus.*

Formo ego chylum ex alimentis assumptis. hæc quia non semper præsto habeam, sufficit sensum indigentiae *Natura*, eumque tanquam operis mei pararium mihi impressit. Non intelligo autem desiderium illud proprium, quod cum quâvis parte habeo commune: Sed aliud quod mihi tanquam *publicæ* competit *Officina*.

Non quoque de Suctione partium omnium in me continuatâ & desinente

loquor. Nunquam agnovi eam, nunquam percepi. *Galenica* illa quinque Symptomata, medico in foro tanto-pere trita, magis ingenium sapiunt, quam quod naturæ congrua sint.

Consequens exhaustum partium su-ctus, tractusque meam divulsionem, sensumque molestum exprimere sanè non possunt. Si benè calculum quis ponat, percipiet me Partibus adhuc-dum succo abundantibus naturaliter appetere.

Tempore distributionis fames senti-tur, sex septemve horis à prandio as-sumpto. Stato quin & tempore esuries obrepit, quanquam toto corpore ple-thorâ occupato, ac sanguinis copiâ obruto. Quamvis ergò plausibile vi-deatur dogma, non tamen vero con-venit.

Nequidem etiam sola inanitio mea sufficit, ut appetam. Horreo quidem vacuitatem omnimodam: nec enim lubens pravis influentibus succis adim-pleor. Jejunio inde ultra consuetum protracto perit appetitus meus. Effi-cacius equidem aliquid prolicit Appe-titum meum: fatebitur, quisquis vel minimum hujus hauserit gustum. præ-terquam quod famere occipiam ple-rumque etiam quum vix vacuus sim. Ne ergò corrugato mihi, necollapsis late-

lateribus meis vim appetibilem ascri-  
be.

Abfit etiam, ut alterius partis excre-  
mento indigeam. Non colligis bene,  
quod eructetur in me fæculenta *Melan-*  
*cholia* naturaliter. Ignosco hoc dicte-  
rium genio *Avicennæ*. Hospitium non  
sum tam vile, ut tam ingrato semper  
hospiti pateam. Hæc amurca, hoc virus,  
nec, & fæx sano mihi non obesset?

Corrumpi quidem possum, dum  
noxam mihi muginantur interanea.  
Sed non docent morbi statum sanitatis.  
Quidnam adeo floridum, quod non  
deflorescit? quid grande, adeo, quin  
aliquando decidat, vel constans, quin  
corruat? ipsa totius compages sepul-  
chrum portatile est, cadaver sensibile,  
vinculum corruptionis. Abesto ergo  
calumnia, quâ spurcor, quod natura-  
liter saburræ sim melancholicæ sedes.  
Thronus & Regia alimentorum sum;  
hospitium & patria Chylosi nectaris.  
Indignum meâ actione excrementum  
est. Importunæ me fami supponeret  
*Melancholia*: ex miscellâ excrementi  
huius inquinaretur Chylus. Limus tam  
terrestribus parietibus infixus non exhalat  
absque noxâ. Sin at redine suffundat,  
& denigrentur mihi latera damnum pa-  
tior.

Familiaris, congener, nec ingratus

Non in-

diget ex-

cremento

Melan-

cholico ad

Appeti-

tum Ven-

triosulus,

*Spiritus fermentalis est Appetitus causa.* *Spiritus fermentalis* Appetitum mihi efformat. Hic perambulat cavitatem meam, & exercet Membranam meam; dum ex ingestis nihil. Os sinistrum nervosius & sensibilius præcipue impetit; vellicat; rodit; leniterque morsitat.

Hic meus sensus appetentia est naturalis; desiderium scilicet Alimentum, quod hunc sistat, *Spiritu fermentali* ad occupationem illius distracto.

Sed quid istud novi est nominis, *Spiritus fermentalis*? Edisseram, in quantum jam tempori & ævo huic inserviendum mihi. Edisseram, ut coctionem nullam in me amplius concipias, nec me *culinam*, aut *Coquum* ulterius vocites.

Jamdudum est, quod in *Fermento* totus jaceo, & cubo. Clibanum ergo melius dixeris, aut vas aliquod fermentificum? Neutiquam, licet per fermentum obtingat Chylificatio; nec enim quod massæ farinacæ obtingit, mihi quadrat. Non turgescunt contenta mea adeò, ut majorem forment molem. Nec falsa, nec acida, nec pingua, nec putrida impedimento sunt. Singularis mea, ac peculiaris actio est, non vulgaris ac tralatitia. Veram quidem ideam Fermentationis exhibeo, sensibus tamen incompertam.

*Spiritus* ergo quidem *fermentalis* præsidet actioni meæ, sed peculiaris, ac proprius.

prius. Deputatus ille est meo muneri, utpote mihi inquilinus. Rugis ille inhospitatur meis, & tam mihi in delitiis est, ut defectum ac vitia ejus mirum quam lugeam, & ingemiscam.

Succulentiam autem illam volatilem denoto, cujus continuatus incubitus albas, tenaces, rarasque suppeditat reliquias, à quibus odor subfracidus, nitrosusque quasi sapor. Genuinum hujus suscitabulum est *Saliva*, præcipuumque momentum, quatenus subacidæ illius Spirituositatis plurimum continet.

Salificâ tamen volatilitate potius determinandus est hic *Spiritus* meus, quam merè acidâ, quandoquidem ex salinâ parte utrâque coagmentatus viget. Salivalis humor perpetim deglutitus, interaneisque meis permixtus, ut cedit in genialis hujus spiritus incrementum, ita à volatilitate non est alienus. Quinimò si quid plusculi acoris habet, id ab adhæsâ, & immixtione alcalicæ potestatis cibus elicita infringitur.

Cibus omnis ferax pugilicæ est potestatis. Exemptus meâ cavitate Chylus, hanc sanè monstrat. Magnum id implendæ curiositati momentum non est difficile factu, modò res tibi tanti sit momenti, ut gustare dignêris. Subacta ingesta saporem ac odorem inde mutantur.

Sin perfusa palato aciditas feriat dentes, vellicet fauces, id singulare est; nec adeò naturale omnibus. Aliàs præternaturale ut plurimum.

*Ptyalismus & Ructus*, qui sanis sunt perceptibiles, & per eupepsiam obveniunt, licet per apepsiam non compareant, si quid acoris singularis habent, nihil tamen aliud de signant, quam quod tum prævaleat acidum. Sed hoc nec omnibus obtingit, nec in universum trahendum.

*Coagulum Vitulinum* nihil ponderis in contrarium dat. Nec vapor è passere vel porco acidulus ex necessitate materiæ proveniens aliquid aliud. *Acidum* ex reclusionem quorundam alimentorum prævalere quis negat? Omni nimirum inest alimento plus, minus. *Vulcani* censuræ commissa id monstrant.

Ac dulcedinis, alteriusve saporis character alcalicus evanuerit oportet prius. Sed in interaneis meis non perdurat id *acidum*. Quocirca *Spiritus* meo *fermentali* neutiquam ascribendum.

Acrimonia ille Salinâ gaudet ex Pugilum concursu volatili. Sic ad interiorum meam tunicam repositus exaltatur, ac deprimitur pro ratione accessoriorum.

Ubi contractus & vacuus sum, evadit aliquantò molestior ille, & sic *appetitus*

*petitus* exsurgit. Ast in immissa se diffundens, ingestorumque poris se insinuans, ea laxat, fundit, ac solvit: hinc oleosis nutritoriis referatis à fæculentis, & finis volatili latis blando successu *Chylus* redditur. Quo egesto nihilominus succulentus maneo, ut in Brutis dissectis videre est.

In hâc ergò Succulentia latitat hic Spiritus meus famelicus, & esurinus. Hunc ut monstri suspicione liberem, eo circum scriptum modo habeo: Haud aliâ de causa *Appetitus* meus naturalis provenit. Præternaturalem alibi post dabo.

Appetitum meum Opus *Chylificationis* subsequitur. Huic prævium machinamentum *Natura* non leve, sed plurimum facilitans. Nutriens enim omne masticatu dentium quandam recipit digestionem. *Dentes* præsepis suis dispositi nisi solida, duraque mihi diviserint, fregerint, contererint, comminuerintve, succumbo labori mihi parato. Heu! quid non exinde malorum? Edentulos hinc minus vivaces an dixerò?

*Prævia  
Chylificationis  
in  
ore.*

Certum est, quod ruminem in *Animalibus* horum defectu in superiori maxillâ, quum materia absumpta in Cornua fuerit.

Proch dolor! quænam est socordia *Nutricum*, quâ sub Infantium gingivis

delituos dentes non advertunt, ut doceantur solidorum abstinentiam, meque tam tenellum non gravent? Occultavit enim Natura dentes, quod ætate isthâc forbilia velit, & matrum papillis simul consultum.

*Saliva*  
*mixture.* Molitioni dentium succumbens alimentum, linguâque revolutum *Salivâ* imbuitur. Commotu membranarum glandularium ex ductu prolicitur, ori suffusa hæc *Lympha peculiaris*, tenuis, fermentalis, masticationi aridorum maximè expetita; lubricans omnia; squalorem oris temperans; tincturam sapidam & gustilem extrahens alimento; idque immutare incipiens sub aliam speciem.

Ab hæc dentium intervallis aliquamdiu conclusa mox colorem, saporemque mutant: ab hac rubedo vini ore detenti protinus perit.

Vires ego hujus proficuas exosculor, sive cum cibariis, sive impermixta veniat: Spiritusque meus fermentalis peculiari hoc fomento gaudet.

Gratiam tamen ex copia amittere sæpè solet; quum nimium me inundat. Verum quantò ingrator mucus crassus viscidusque sub screatu creberrimè abliguritus? Quid blenna, & retinimentum omne ex spongiosis narium anfractibus per palatum exsuctum, mihi que  
immis-



immissum? Quid expectorata per tussim, fetida, purulenta, sanguine striata, quæ sæpissimè accipio? Quid his immorârer?

Progredior ad Alimentum masticarum, & deglutiendum. Voluntario id negotio, nec mihi cum musculis partitio involvitur. Non me trahente ciborum fit depulsio, licet fames ad opus *Gulam* concitet. Sensum hunc molestantem sedandum, meque protinus obsonandum, ipsâ agnitione traditur.

*Deglutitio.*

Hoc velim tam candidè suscipiatur, ut simpliciter citra me contingit. Nec confundantur mihi causæ, verum singulis saltem imponatur modus. Pareo ego ut plurimum voluntati: nimis ergo sinistrè mihi deglutiendi errores imputantur, nec commoverisse tot in eo lapsus convinci possum.

Passi heic rationem habeo, modò non coacto ab alienis nisu latera mea commoveantur. Quinimò qui me concitârunt in nauseam, facilè mœcum in gratiam redeunt: & si quid tristius accidit, de remedio non ita promptè laborare possum. Aded enim quietum me *Natura* reddidit, ut jusserit Immisssa fundum meum mox potentia me circumdare.

Undique & undique ea amplexor,

*Complexio.*

&

*non Ven-  
triculi  
arctum.*

& firmissimè coarctato lateribus meis. Conformo me omni modo ingestis, ex eorumque quantitate solum turgeo, ne quippiam in meo cavo fluctuet, sicque coctum malè eat, vel damno cedat.

Hâc constrictoriâ vi, quâ me corrugare totum & contrahere aptus natus sum, *Tunica* mea pollet: ejus operâ Contenta mox subeunt arctum complexum.

*Subactio  
Spiritus  
fermen-  
talis.*

Dein *Spiritus meus fermentalis*, qui perfuderat ante cavum meum, operi accingitur. Convertit protinus vim suam à me in contenta; utque mobilis, utque penetrabilis est, omnia permeat, ac particulis etiam penitioribus se insinuat. Has commovens, digerens, dividens, comminuens, crassas, durasque lævigans, fundens, gnavam insumit opellam.

Omnis sic massa exagitatur, vinculis & compagine solvitur, redditur lævis, & æquabilis, & in laudabilem Chylum dessectit. Centalis illa resolutio est, quatenus *Spiritus fermentalis* omnibus particulis intimè advolutus constat ex alcalicæ & acidæ partium unione: hinc quælibet illius congenere rem sibi ex alimento adunire contendit partem.

Blando quidem processu id intra me obtingit, quo nihilominus etiam solidiuscu-

diuscula funduntur, & quodlibet suis ex latebris recluditur. Particulæ interea opimiores, dum alcalicæ & acidæ suæ instant unioni, diffuunt, & undiquaque resultant. Quin etiam cum victricibus scoriis subalbicare plerumque inceptant.

Hoc ergò munus singularis illius mei *Menstrui* est; extrahendæ scilicet puræ & nutritioni congruæ Essentiæ inservit, licet illa permista maneat impuris reliquis. Non sufficerem ego eduliorum siccissimorum confectioni, aut digestioni, absque hoc foret.

Hic *Spiritus* est subactor & exagitator, dum in actum provocat latitantes pugiles in omni alimine. Hic opifex est, & vicarius quasi Alchymista, modò à laudabili suo instituto non deflectat.

Deflectit etiam, ubi nimium acidi prehenderit. Nec hoc peccatum est è gradu aciditatis alienæ oriundum; ut vult *Helmontius*. Dum superinvalescit Acidum, *spiritus hic fermentalis* adulter est. Alias tantum ab alcalicâ volatilitate trahit, quantum ad temperiem suam salinam sufficiens. Hâc suâ specificâ temperie perfectus est ad transformanda alimenta, & passim suo fini coaptatus.

Attamen licet benè se habeat hic *Calidum*  
meus

*substan-  
ziale cum  
Sp. fer-  
mentali  
necessa-  
rium.*

meus Spiritus proportionatum *calidum* desiderat, ne frustra agat. Hoc substantificum mihi, vitali spiritu per arterias suffultum adest. Per illius præsentiam in cremoris, pulticulæque speciem æquabilem substantia nutritoria resultat. Sic *Chylamen* substantiæ meæ veram sobolem verè dixeris.

Circa hanc vim meam tam adversis inter se concurrunt frontibus, ut necessarium habeam disjicere adversarios. Vibrat ex una parte hastam hic, ex altera ille, ut una ego in civitate Medicâ fabula sim, dum quivis imaginem confictam oppugnatum it. Sunt, qui *Calidum* prorsus omne negent. his incana veterum sapientia, & mustea aliorum temperatura æqualiter displicet. Quasi verò tantum mihi non insit *caloris*, vel perpetim influat, quantum substantia mea ad hoc opus deponat.

Itane me vivum non esse, ut ad tubicines mittant? Quippe ni temperatus meus *calor* vigeat, floreat, vireat, & cooperetur? Num igneus, num excessivus necessarius, quem tamen argumentis debellant? Num eum, quem Cor ad longe aliam operationem, mihi destinant? Et Coqui elixatio meæ aptata *Chylosi* nonne claudicat immensum?

Cremor hic substantiæ meæ similis  
an

an alibi, licet calidissimo loco, gigni aptus? Singularis mihi idiosyncrasia est, & incommunicabilis: in singulis etiam pænè singularis mortalibus.

Nolim tamen subornari mihi *Struthiocamelum* liti huic dirimendæ, quasi ferrum in eo digeram. devorare quidem illud invenitur, sed ita comminuerè, ut in Chylum transeat, neutiquam.

Ingerunt etiam *Accipitres*, *Caponesque* arenulas aut siliculas, quas tamen non digerunt. Quid insuper *Sturni*, quid *Cothurnices* producuntur? Conformantur avium harum complexioni *Cicuta* & *Veratrum*, nec insidiantur illis.

Non eget tam ficulneis fulcris calor meus: Inter monstra sanè non numerandus, nec etiam frigido destruendus scemate.

Mihi in corpore idonea subministrentur oportet, quæ passi rationem habitura: non crudis, incoctisve par sum: errores externi non mihi, sed committenti homini imputentur.

Quid ergò rejecta adferunt fructuum putamina, leguminum testacea, similiave? omnibus cibariis pars crassior, ac inutilis inest. recrementa quidem in Chylo delitescunt, sed post separanda. digestionem ego obeo, in Intestinis putrescit postmodum, quod excernitur.

*Calor hic non est ab ambientibus partibus.* nitur. Sic fuit pars una litigii. Venit altera *Calorem* ab ambientibus partibus mihi mutuantium. Plerorumque animis infedit hæc opinio, partem me membranofam coctioni folitariè ineptam: tot ergò Vifceribus fupra, fubterque, & omni ex parte circumdari, quæ mihi velut lebeti fuppleant ignis locum.

Induftriam *Natura* fic fplendere, communia quidem partibus officia ftatuentis. Etiam omnia communia, quæ optima in magno mundo, æque ac in parvo. Solem & Cor omnibus lucere: Aquea & fanguinea fluenta in publico manare.

Verum quænam hæc audacia, quæ me, *tantum viscus* propriæ actioni emendicatam, nec infitam vim poffidere afferunt? quum lebes non coquat, fed fubjectus ignis, modo me reconditorium dicant, in quo circumjacentium virtute tranfmutantur Alimenta.

Rogo, ergò, cui bono tam operofò *Naturæ* molimine factus fim in ifthanc formam? Quid vult illa mea ftructura elaboratior, ac investitura membranarum arctior? Itaque etiam conterunt, comminuunt, & colliquant vicina mihi vifcera? Ergò determinata mea actio ab indeterminato Vicinorum calore?

Scili-

Scilicet non manat vis à modo Substantiæ meæ, nec vires quæpiam partibus sunt appropriatæ? Nunc ergò adæquatus vel proportionatus calor vicinis inest, nec remissior præintensive forti calore debetur objecto. Sic solent in vireta divertere, & è floribus commentitiis coronamenta mihi compingere.

Verum enim verò obsit vicinorum aliquando calor, prodesse isthòc modo nequit. Impedimentum sæpe actioni meæ, non perfectionem exinde fateor: passum quidem me per plura à vicinis; beneficia ex solâ adjectione nullo mihi numero sunt.

Possint externum à me arcere frigus, non poterunt activum infundere calorem. Num exspectarem beneficium ab adjacentibus ad actum meum proprium?

Quod vires meæ firmentur ex admotu variorum externo, nihil est. Fateor quidem, non vulturis aut cygni tegmen, non pulvium ex coccineo, nec ipsum puellum contingentem aliquando frustra fuisse. Verum sustulerint illa debilitatem meam, vel alio quovis adjutamento fuerint, ut erectior viribus factus sim, non tamen ex accidenti illo quicquam facultati accessit.

Atque ut equidem insalubris meus status cursum non monstrat salubrem,  
 sic

fic auxiliis hisce imaginem curæ, non ipsam eam astruxerint. Quid mihi autem mutant, & emendicant; quod ipsemer possideo? Stat Sp. fermentalis; stat substantiale calidum; frustra alienam his operam immiscent.

*Intestina non sunt ventriculo in actione subsidia-ria.*

Quid quoque *Intestina* mihi subsidia-ria ponunt? Imprudenter sanè isthoc respectu intestinum primum meam dicunt *ἔκφυσιν*; interstinctum equidem crassiore circulo à me Sublimis etiam ejus ab ore exortus monstrat, illud ab officio meo alienum.

His num fabricam, num rectitudinem, implantatum ductum Cholydodum, aliaque superaddam? sicque solem facibus adjutem? Sed Chylus ex intestinis affectis crudus effluit. Quidni? consentimus invicem; etiamque læso Oesophago defluxisse *Chylus* visus est.

Ausint tamen eundem substantiæ modum, & Omentum coctioni eorum adjutandæ super injectum, asserere? ausint perfectionem & absolutionem Chyloseos ascribere? Siccine nullo genere ipsis est causa nostra? quo man-fero tandem loco? sumne ergò primarium digestionis primæ organum? nonne id, quod absolvit, quod perficit, potius est? demum omnia vicinis dent, nil mihi linqunt, ne quid scenæ desit.

Tan-



Tanquam interfit me *Stomachum* esse, aliis incumbere officii mei absolutio- nem. Non vindico mihi rem alienam, sed meam. Organum ego Chylifica- tionis, distributionis Intestina sunt: nisi malint *Chylum* demum perfici, dum ab excrementis liberatur.

Non fœtorem, non putredinem mi- hi, nisi perverse affricant. Postquam exsuctus *Chylus* est, in *Intestinis* putent & fœtent reliquiæ. Salubris ego nil corrumpo: error iste, quem decan- tant, veri nescius est. mistorum unio- nem solvo; partes quietas, & cum con- trariis ligatas libero, elevoque in me- liorem statum.

Gratiam deperditam savori, ac odori refarcit virium præstantia, quæ majo- rem involvit perfectionem. Sin sensus feriat injucunditas, succedit pondus ex idoneâ substantiæ familiaritate. Distant ipsa alimenta etiam plus à *Chylo*, quam hic à sanguine. Sin ego imperfectum reddo Cordi *Chylum*, reddit illud san- guinem. deterior ex in alitio, vel ma- jor excrementorum collectio. sine la- bore namque meo alimentum quod- cumvis inutile, & rejectaneum.

Reminiscantur ergo malevoli mei tam necessarii operis, repetantque à se rationes calumniarum: Num Cor- dis actione ipsâ me excludi posse; num  
 aliâ

Hinc san-  
 nè non  
 distra-  
 hendus  
 calumniis  
 ventricu-  
 lina.

aliâ quâpiam parte quicquam simile  
mei inveniri ausint asseverare ? Et sin  
hâc occasione Voluptuosorum contu-  
maciam simul exagitare liberet , nonne  
omnes errores externi , qui in me pri-  
mum , in Cor , & omnia consequenter  
membra detorquentur ?

Profectò neque à principibus quar-  
tus sum , neque molestiæ mihi modò  
graves , sed & in ipsum principatum  
valent. quod me , statim totam premit  
viciniam ; æqualisque omnes mecum  
calamitas obruit.

Involvat recocta delicatulum *Cor*  
purpura ; pendeat ab hujus nutantis  
imperio servitium frequentius , calami-  
tatem rarò meam evadit. Eludant ergò  
petulantes me ; dum sopiuntur volup-  
tatibus suis , non jam amplius integri  
vivunt : Ipsus per me vitæ fons lædi-  
tur ; dum totum tandem *Microcosmum*  
tumulus occupet.

Quo autem me trahit malevolorum  
despectus , & contumeliâ ? Succum-  
bam ergò ulterioribus incurfantium  
cavillis , ne mea mihi possideam am-  
plius ? Ita quidem tolerandum mihi  
est , quod mutare nequeo. Satius ergò  
ad Alimentum reflexero , quod quo  
venit ordine , occupatum non linquo.  
Cedunt ad fundum meum solidiora præ-  
liquidis. Errant qui per confusionem  
ordi-

*Modus  
Chylifica-  
tionis.*

ordinem , & prius quid , posteriusve per miscellam concipiunt. dum constringor , coarctantur omnia in se ; permeantique *Spiritui fermentali* concidunt.

Nulla tamen hinc operosa unio , sed confusio saltem ; quia separanda post excrementa. Ingesta autem omnia non obdurant æqualiter laboribus meis : cedit unum altero citius. Lacticiniis vix horulam , non integras oleribus duas impendo. Ne id quidem temporis Piscium mollities sibi deposcit.

Panificia compactiora quaternis vix horis in cremorem mihi cogibilia sunt. & quo quidque ex carnibus durius , eò protractius ac spissius exigit officium meum. recusat ovilla , nec patitur bubula sex , septemve horis suam frangi pertinaciam. singulis tamen nequidem ipse ego spatium suum præfinire possum.

Jam alacrior mihi fermentalis , jam firmior vitæ affluxus , jam substantia mea mage fortiter facit : etiam viribus despoliantur suis , enervanturque hæud raro. taceo jam enim quamplurimos casus , qui negotium interturbant : nunc hoc , nunc illud est , quibus languidus dego.

Hæc enim illa mea miseria , hinc meæ lachrymæ , quod constare mihi ab externis incurfantibus nequeam ; quod

muneri meo infringendo tot ac tantis erroribus expositus sum. Tam fecunda mihi hæc mala, ut semper in Chylificando finem debitum.

*Chylus cinereus*

Cuivis ingesto cinereus candor erat imprimendus. Hunc colorem, lacteum assimilantem imprimere maximè incipit Spiritus fermentalis meus. Hujus beneficio ex partibus alimenti opimioribus profluit tandem instar tincturæ lacteus ille succus. Sic liquor quilibet sale imprægnatus volatili, per acetosa affusa lactescit. Hinc ergo penitus omnem alborem detrectare nequeunt omnia, quamvis completum eum nanciscantur, ubi per lacteas excernendis liberata. Supereminent autem color, odorque assumptorum dictam vim imprimendam sæpè, ut non exuatur omnis viror, aut nigredo, quia lapsa vis hujus Spiritus, & improportionata est. Sed naturalem jam ego cursum depropero.

*Chylus fibrosus & aliquando vitiosus.*

Nihil ego quicquam fibrosæ meæ substantiæ Chylo impertior; remanent Fibre cremori ex crassiusculis assumptorum portiunculis. unde post substantia sanguinis fibrosa & carnulenta, & ad soliditatem corporis perapta spissitudo, à Corde exactius elaboranda emanat..

Continet quippe Chylus, consimiliterque sanguis serosam, caseosamque partem,

partem, delitescente pinguedinis modicò: crassior, tenuiorque, prout hujus, vel illius plus minusve adest: non tamen solum benè agens hanc miscellam Chylo & sanguini largior; verum etiam malè agens alia vitia plurima.

Sic crusta illa alba, quæ visitur in superficie sanguinis emissi per Venæsectionem, mea sæpè soboles est, non corruptela bilis. Me sanè affici, me vitium pati infallibiliter indicat.

Variegatus autem color, viridis, flavusque simul comparens ulteriorem vel sanguinis, vel Chyli corruptelam innuit. Eludit enim Cordis obsequium Chylus à me adulteratus.

Nec refert quod concretio, & congelatio talis in viscosæ tunicæ similitudinem non advertatur alias in Chylo. Permanet liquidus, si bonus fuerit ex lacteis demptus Chylus, aërique expositus: non verò corruptus, malusve.

Crusta sanè ea, de quâ loquor, non spirituosam sanguinis partem refert, quamvis supernatet, quia in morbidis saltem deprehenditur; & solet spirituum præsentia, concretionem impedire.

Sanguis equidem non solo colore quod interstinguatur à Chylo, facile concessero: Sanè ob levitatem Chylus etiam innatare visendus, minus item

calidus ex absenti Spirituum miscella ,  
tenuior , aquosiorque Lacteis eximen-  
dus. Talis tamen mihi nondum cogno-  
scibilis , quia excernendis immistus.

*Excretio* Cæterum quandocumque effectus  
*Chylî.* est *Cremor* , mihi non diu inhospitatur :  
effluit paulatim , dum continuâ con-  
strictione adigitur. soleo amplexari &  
coarctare ingesta sensim me constringendo ;  
sic quod tenue & percoctum  
satis ore effluit dextro : nec enim id  
clausum exactè , sed conniver , & Chylo  
pedetentim transituro patet.

Hinc quo quidque citius elaboratum,  
minus talibus , & integrioribus exitum  
prævertit. Ita quidem ex ipso pane , vel  
carne excluditur sæpè exiguum quip-  
piam primâ horâ. Falsum enim est ma-  
nere in cavo meo omnia post absolu-  
tam Chylificationem ; terminus quo-  
que exclusionis incertus est. Reliquiis  
scatere soleo , quæis malim vim suam  
impendat *Spiritus fermentalis* , quam  
membranæ meæ.

Paulatinæ huic ejectioni nec altitudo  
*Pylori* , nec circulus ejus officit : ne-  
quidem fundi elevatio necessaria , quam  
concipit *Riolanus* , ut portio cocta so-  
lum , non etiam incocta simul evcha-  
tur.

*Chylus* Nullius enim pondus , sed meum  
*excerni-* excernendi robur est , quo exit id , quod  
*tur con-* liqui-

liquidius. nec circulus claudit os penitus, at stringit saltem, ut per arctiorem complexum meum inveniant exitum liquidiora; crassiora non item, nisi postquam vim meam iis impenderem.

*Historia  
Ventriculi  
li vi.*

Hic cursus mihi solitus, quem ne contaminent, & ineptis aliter disponant conceptibus, rogo. Sin experimentis major, ac mihi fides, *Canem* monstrare possim: hunc diu jejuniomaceratum, sed sub dissectionem cibatum me cibo adhuc restante plenum, in lacteis tamen succum exhibiturum album jurare ausim. Quinimò demonstrabit idem, abscisso Intestino ab oris mei extremo quam bellè nihilominus propellam Chylum.

Ut ergò *Intestinis* nulla Chyli extrahendi vis assignetur, postulo. nulla enim iis competit, at motus saltem, per quem reptantium lumbricorum terrestrium more ac imagine, deorsum successivè propellunt, & promovent acceptum cremorem. Spectaculum illius non injucundum qui desiderat, dissecto vivi animalis abdomine inveniet.

*Non ab  
Intestinis  
extrahitur.*

Quineti interior mea membranà etiam *Intestinis* sit subducta, rugosa, crasso, viscidoque mucolubricata, nihil infert. Huic membranæ, vel dum mea, vel dum Intestinorum, nullus motus, nulla competit tractio. Ipse-

met ut fermento, & Chylifico, sic eji-  
cio, & expello:

*Vel vio-  
lenter ex-  
sunditur.* Nec satis ad scrupulum examinatus  
*Pecqueto* violentus motus, quem fingit:  
Jugem quidem transitum, jugem ha-  
bere causam fateor. Non tamen exter-  
num quippiam; non est violentum,  
quod *Natura* mihi posuit causam jugem:

Respiratio, & ab eâ depressio Dia-  
phragmatis, Jecurque adjacens pistilli  
instar, gravamen etiam illud succutien-  
tis per intervalla molis non procurant  
mihi secessum. Immò verò nolim ha-  
bere aliunde, cujus ipse compos sum.  
innata mihi vis constrictoria sufficit:  
quia mihi, sufficiat aliis.

Num distribuendo ulterius Chylo  
inde quicquam juvaminis, non perse-  
quor, quia mea mihi solum vindicanda  
habeo. Exhibui munus meum, & vi-  
res ad illud naturales, exhibui ostium  
per quod excedit, quod subactum est,  
modo cursum hunc inoffensum tenere  
possim.

Scio plurimas adhuc dum nubeculas  
restare, quæ serenitatem meam obsu-  
fcant.

*Celerior  
Virium  
refectio  
an per  
Oesopha-  
gum?* Sed non est instituti mei invisas *Mi-  
nerve* araneas omnes abigere, quarum  
telæ nimis subtiles, fragilesque mihi  
obtenduntur.

Non eos tango, qui spirituum vim  
restau-



restaurativam promptius quam per me Cordi succedere volunt : qui hinc ramulos lactearum thoracicarum *Oesophago* implantatos circa Cordis regionem ajunt, ut per axillares mox ad *Corrapiatur Cardiacum*, nec ambages expectet ulteriores.

Quasi namque hient hi ramuli in intimam *Oesophagi* membranam : quasi non potius *lympham*, quam *Chylum* vehant ; iterum quasi ex transcurso liquidi subitaneo exsorberi quippiam possit, & non satis aliarum viarum sit ; queis odor fragrantia in intimum Cordis cubiculum exhalet.

At At ! Celerior virium refectio quandoquidem in proscenium venit, Per quas ergò vias contin- vias peculiare ut deposcit, ita & invenit. accedit subitum lactis incrementum ad exhausta potulenta : nec minus præproperum ex purganti medicamine assumpto fermentum ; & quæ consequium est prælargæ potationis subitanea emictio. gat.

Uno hæc complexa fasce liceat efferre paucis. Principio solitum est *Nature* variare loca distributoria, nec uni se astringere : dein transversim haud rarò urgentibus necessitatis telis rapitur. In proverbio est, omnia obsessis esculenta esse, & ego tales casus pluries experior.

Nihil non agimus, nihil non patimur partes omnes, ut saltem substat fervido Cordis fornaci flammæ vitalis vigor, quo statâ reciprocatione per circulum revolutus nos beet invicem.

An per  
Venas  
Gastric-  
as.

Revera angusta *Venarum* mearum *Gastricarum* oscula non sufferunt translationem cremoris solennem. Puncti cujusdam instar exigua, quamvis in internam hient cavitationem meam, nil crassamenti terreni admittunt: connivet & patet semper *Pylorus*.

Attamen per statutos necessitatis casus, dehiscunt aliquando patentius, simulque quippiam ex liquidiusculis resectoriis evehunt mihi. nec id adeò infrequens: multoties hanc transsumptionem comperior.

Liquor omnis, tenuiorque alimenti portio, quæ Spiritu & aquâ saltem constat, à membranâ spongiosâ meâ semper imbibitur: indeque venarum osculis facilè instillatur, cum sanguine versus cor refluxo protinus confundendus.

Per angustos tamen hujus membranæ meæ anfractus, immediatè ex me in portæ ramos nequit pertransire, vel quasi destillatione prolici nisi aqueum quid, & spirituosum, crassiore omni relicto.

Quum ignis ergò furtivus populatur Cor, ac Vasa, tum celer ac vehemens  
liquidi

liquidi ingesti percursus hisce meis fit vasis. Vel quum diutius Cordi positum fuit pabulum nullum, tum præproperea hinc confortantium distributio viribus succurrit lapsantibus.

Copioso distentus potu, laticem ferosum tam præcipitanter *hisce Vias* elabifino, ut propiori transitu reddatur, qualis assumptus. Sic *Thermæ*, sic *Acidula* epotæ has sibi vias faciunt, & vix horulæ spatio corpore morantur. Nec ego liquori tam cito transeunti tincturam lixivialemprimo; nec diutinâ circumvectione vel sulphureâ imprægnatione colorem acquirit saturationem. Lactææ quidem mihi nullæ venæ implantantur, nec ordinarium sum distributionis organum.

Celeriori tamen traductioni inservire queunt aliæ venæ, ubi exigentia est, vel quid usum ambiguum facit. Quinquælibet sese ingurgitare promiscuè *Chylo*, & cum sanguine regressivo sætum meum deferre.

*An per alias venas, quam per lacteas?*

Nec gravatur tum peregrinâ videri veste ille meus; delectatur sanè illius purperâ, cujus comitia sequitur. Vultum quidem mox, non simul esse suum mutat, sub colore admixti vadens. Et licet cursus *Chylo* meo solennior per lacteas, ductum tamen Chyliferum vix quippiam tribus à pastu horis invadit.

Solet quippe intestinis agitantibus resolutus *Chylus* tubulos subire lacteos, ac motu arteriarum sensim in *Receptaculum* proveniri: Gradus hic compositus & lextus est, & quoque quo per *Ductum* sursum adigitur. Ita *Nature* sui constant modi, sui termini, sua tempora: quæ equidem si quid præcipitan- tius exigit, usum omnium vasorum pro imperio habet, & absque compe- rendinatu compendium facere potest.

Osculis tum apertis omnia inhiant, velut alias lactea. Verum viam non præstant tritam, ac solennem, sed fur- tivam quasi molitionem, & coactam. Laboranti ergo Cordi omnes simul so- lent venæ succurrere. Quin ipsemet ego, si quando torrentium aquarum in morem inundor, liquida præcipiti undique casu trahant per me ruinas, & omnibus vasorum spiris extillant.

Et frustra hæc oggannient nasutuli *Valvulas*, frustra injectis *Ligaturis* con- trarium probare annitentur. Ordina- rius *Nature* cursus his saltem statumi- nari potis est, quem jam non indaga- mus. Nondum isthuc trahimur curioso indagine, nec exspatiamur adhucdum extra nostram sphaeram, tanquam no- bis bene constemus.

Per me licet, illudat sibi quisque du- bitan-

bitando, suspicando, quod volupe est mortalibus. Respuat fastidiosum hoc seculum ea, quæ sunt non nova. sint in laude huic, quæ alteri in contemptu. Venditentur pro novis, quæ jamdudum cognita.

Contestentur inutilem sibi litem, & hæreditatem inanis gloriæ malè partam malè dividant. Cur ego nimium immiscerer alienis dissidiis? Cur iis componendis frustra allaborem? Num meis suffenus ero? Quis enim me alterius mundi incolam audierit? Quis fiderit? Vindicet ut quodvis *Viscum* sibi sua, glaciem ego primus fregi. Eram enim externis injuriis subjectior, atque hinc coactior.

Variata interim quia alliciunt animos, denuo in lucem prodeo. Quod fatiavit, quia fastidiosum est, derelictum sit. Tam irrequieta vis curiositatis, ut trahat in admirationem, quod familiare saltem non est. hinc sublato uno opinamento succrescit aliud, velut *hydra lernææ* à succiso uno capite, renatum duplex.

*Chylum* ergò meum aliquo usque persequi, lubido est. Licet suffecerint dictæ, ut me à tumulo vindicaverim, & ne exequias etiam mihi cantaverint. Tam hodiè fluctuatur circa hunc fœtum meum opinionibus, tam digla-

diantur ulterius, ut tacere nequeam, licet velim.

- Nihil jam *Naturæ* parenti clausum interiore sacrario remansisse putes. omnia ejus arcana jam promiscuè omnibus patuisse; omnem eam jam exhaustam Inventoribus gloriosis, adè fastum suum nullâ cum prudentiâ extinguunt, sed tanquam ex tripode Philosophantur.

*Chylus*  
quid à  
*Bile &*  
*Succo*  
*Pancrea-*  
*sico patis-*  
*INT.*

Non agnosco tamen ego pleraque hæc. Scena certè & actus *Chyli* sub Pyloro meo non completur demum. Confusio illa Organorum intolerabilis est. Sano mihi, & benè potenti non erat absolutio, aut perfectio *Chyli* demenda, quasi plus emolumenti ex intestino hauserit.

Separatio quidem in illis evidens, non quispiam excellentior transmutationis gradus: Seccessus puri ab impuro nullum *Chyli* complementum. Nec palæstra inibi erecta hunc in finem, nec pistrinum ullum naturali fundamento apertum. Conjectura ex præternaturalibus desumpta ad naturalem non erat pertrahenda statum.

Nulla naturalis *Effervescentia* Chylo secernendo necessaria est. Sin ulla Difsecantium oculis fuisset unquam percepta, sin ullius viviaut demortui animalis exemplo fundata foret, tolerabilis

bilis illa conjectura ex præternaturalibus desumpta foret. Verum quis unquam vidit naturalem eam? quis intumescentiam, elevationem, exuberantiam, expansionem in quampiam dimensionem?

In animali quidem licet benè pasto vacuum circa ingressum *Biliosi & Succis Pancreatici* intestinum est: Turgidum quoque, & aliquando bulliferum, influentibus *Succis*. Verum influxus causa est hujus, qui tamen intervallaneus, ac blandus, nec ullo sublimiori gradu per statum Sanitatis obtingit. Quin vix sensibilis, guttatim impluens lentèque irrepens plerumque uterlibet est *Succus*.

Nulla potentia, nulla vehementia vel in *Bile*, vel in *Succo Pancreatico* est.

Quicquid *alcalicæ*, aut si mavis, *lixiviosæ potestatis* in illâ est, quod vel acrimoniam saluginosam spectet, vel in ejus successionem habile est, non tanti dixeris licet, ut in *Effervescentiam* condescendere queat. Si quoque quid *aciditatis* subest *Succo Pancreatico* naturaliter, id *Salivæ* saltem genium refert, indolemque, atque illius effectibus in Intestinum depluendo explorabile fuerit. Et *Glandulas*, & *Ductus*, & geniales locos communes, analogosque comprehendere facile est.

Chylus meus in meâ capacitate qualiter

liter effectus, jam antè tradidi. Glutinositas ejus, ac visciditas indigent fusione, colliquatione, ac promotione per Intestina ulteriori. Hos saltem in fines suggeritur illi paulatim *Bilis*, suggeritur *Succus Pancreaticus* in Duodeno vel principio Jejuni. Horum admixtione successivâ illum fundi, solvi, separari, ac promoveri necessum erat, quin in fluidiorem quampiam consistentiam paulatim transdari.

Nec opere alio operoso id confieri necessum est. Sustolli viscositas, ubicunque subest, dimoveri crassities, ac perlui facili negotio potest. Vis fusilis ab *acrimoniâ biliosâ*, & *Succo Pancreatico* hausta & conspirans, quamvis sub aquositate latitet, absque ulteriori in se invicem molimine, his effectibus supparfatis est.

Sano igitur sensu quidem his effectibus nomen *Effervescentiæ* naturalis dari posset, modò absint conceptus Mineralium, ac his analogorum. Verum ab his in rerum naturâ contingentibus ad eos in corpore statuendos de volvi, finitimum insaniam est. Tantum interim delirant amore suorum *Chymici* quidam, ut, quod præ oculis vident, in corpore concipiant; quorum ego nunc phantasticas præsumptiones ulterius non persequor.

*Chyle*



*Chylo* meo advolvi *Bilem*, advolvi *Succum Pancreaticum* nullus negaverit sanæ mentis. Modus *effervescentiæ* tamen ac *precipitationis*, qui concipitur, neutiquam analogus effectibus Mineralium. Simplici liquamine, simplici fusione ille actus utriusque *Succi* sufficienter determinari potest. Nam fusus sic & attenuatus, liquatusque *Chylus* sat opportunus est venarum ingressui, cooperante nimirum motu Intestinorum Peristaltico, & ad partium secessum conducente.

Non opus heic novâ subactione, succussione, commotione, aut tribulatione. Satis in me, modò benè habeam, id peractum est. *Spiritus meus fermentalis* vigoroso suo molimine his muneribus incumbit. Heterogeneorum sequestratio subsequitur fusionem, & liquationem ulteriorem. Lacteus candor, abscedente fæculentiâ, sponte dimanat.

*Num Effervescentiæ naturalis ab his in intestino?*

Non ulteriori fuscitabulo ad hanc promendam *Chylus* indiget. Imbui quidem cum succis obtingit, quin & notabiliorem purioris copiam recolligi, sed non quasi in novo digestionis ergastulo. Quid enim contubernium *Chylis*, hisce adoptatis ad effervescendum habile æstimant? Præterlabitur ille spontaneo secessu, & leviculo juyamine, non

non gradu quopiam sublimiore , aut potentiori.

Fusionis ergò & liquaminis eventus opportunus saltem illi meo *Chylo* transeunti, haud alius excellentior. Etiam liquiditas sola *Succorum* ingressa hunc effecerit: non efficaciori exercitio ergò ille ascribendus.

Qui blandâ , miti, ac insensibili *Effervescentiâ* hunc actum circumscribit, propemodum aliud nihil infert, quam quod *Effervescentiæ* contradicit. Nam excessum illa semper includit *Pugilum*. Ubi moderamen in *pugilibus* est, nulla illa sanè adest. Tantilli hi, aut ubi refracti, aut impropportionati, ac insuf-feni, nihil possunt.

Quin successivum opus omne subitam eam non excitaret: Nec quoque immediata ulla combinatio est, *Pugilum*, ut tam subito congregi queant. Temperantur succis, sin adsint, aut si prædominium habeant, nimis lentè aut pigrè depluunt. Sanè *Succus Pancreaticus* magis arguendus insipiditatis, quam acoris supereminens. Quin cum Bile commistus solidioris cujusdam coagulationis incitamentum est, in excremento comparens.

Revera autem successu temporis omnia sub *Pyloro* meo obtingunt. Nulla vigorosa ibi actio, nullus ebullitionis modus.

modus. Ipsamet *Bilis* sua amaritie paulatim exiit, nec à Coloris lenocinio excrementum censerì debet. Remissio virium mera, ipsis est manifesta sensibus. Quin *Chylus* meus commoderationem omnium ubivis monstrat.

*Salivam* autem per me reddi perpetim Intestino, non ego nego. *Salivam* etiam sub aquositate & viscositate plurimum possidere viriura constat. Hinc spumofam ac viscosam in intestinis *Pituitam* exfolescere. hanc cum *Bile*, cum *Succo Pancreatico* coalescere quandoque, & cum facibus maximâ partè evolvi per stadium Sanitatis: hinc scæculentas quaspiam scorias remanere, & intestinorum Tunicas interiores perambulare. Verum nisi & hæc degeneraverit, aut in alienum ens translata sit, nil vehemens agit, nec incongruum infert.

Et *Saliva*, & *Succus Pancreaticus* in acrimoniam, austeritatem, vel aciditatem transponi possunt. Quinimò in *Melancholicis*, *Hypochondriacis*, *Scorbüticis*, *Quartanariis*, aliisque consimilibus transponuntur reverâ. Sic autem *Effervescentiam* præternaturalem cum *Bile* suscitare possunt. Quin omnigena symptomata induci tum ab iis, manifestum est.

Ast nullam hæc naturalem inferunt vel perpetuitatem, vel necessitatem.

Nec

Nec ego nunc vel sentinam hanc affectuum, vel nidum illum *Helmondii* persequor. In naturâ stabile fundamentum nego, & conjecturis tantum non deferri vellem.

Quin igitur naturaliter saltem *Chylus* meus sub *Pylo* funditur & liquatur à *Succis* subterfusis, *Bilio*so ac *Pancreatico*. Sic descendens ille paulatim expeditior angusta *Venarum* oscula ingreditur. Hâc perfusione ac dilutione, quasi vectigali gaudet. Sic fusus ac resolutus subit proximè intestinorum tunicas, & ut plurimum *Lacteis*; quas vocant, *Venas*.

Quibus  
vis Chy-  
lus Inte-  
stini ex-  
sugatur?

Hæ soli suctioni inserviunt, non plenæ adeò intestinis semper existant, admittendo *Chylo* maximè suppare sunt. *Sanguineæ*, quas vocant *Mesentericas communes*, sanguinem utique deferunt, nec hinc admissioni adeò ubivis sufficere.

Quamvis tamen, ubi exigentia adest, hunc usum etiam *Lacteis* ambiguum faciant *Mesenterica communes*. Quin tum *Chyli* pars sanguine diluta etiam transire ad *Hepar* solet. Ne huic viæ aliud quippiam obstat, nisi solennitas, & communio.

*Porta Rami* nec minores *Lacteis*, nec pauciores *Intestinis* in promptu sunt. Quin *Lactea* aliquæ terminatæ in *Intestinum* sunt. Et reverâ videntur propagines

pagines quæpiam majorum sanguinarum: Promiscuum sanè aliquando fieri iter *Chyli mei*, id luculenter inferre potest.

Non *Mesaraicas* communes dictas, non *Lacteas* ventus inflatus subit, quod Oscula omnium subsideant, & obliquè saltem in Intestinum ferantur, non directè. Sed liquor utrasque irreptat commodius. Ille quidem ater conspici melius potest in lacteis, ubi irrepsit; in sanguineis non item, quia rubedini cedit.

Ambiguus ergò *Chyli mei* incursus censendus aliquando; non semper, aut necessariò; quandoquidem altera via promptior, ac solennior, nimirum *Lactea*.

Nec obstat, quod ligatæ ac sectæ propè Intestina *Mesentericæ* dictæ nullum chyli vestigium exhibeant vel coloris ratione. Etenim minutioribus particulis ingressus has Chylus sanguine absorbetur. Motus ibi lenis, & agitatio mediocris; non sanè Comparandum id traductioni chyli in *Axillaribus* obtinenti. Ibi enim licet potior sanguis tamen tincturam suam non mox inferre potest, sicut in *Mesenterio*. Nec ligaturis, sin eas vel venis, vel comitibus arteriis injeceris, quicquam in contrarium effeceris.

San-

Sanguis certè & vita ipsa à *Chyli* mèl continuo influxu dependent. Vias ergò liberas illi quascumque *Natura* destinavit. Nec saltem *Ductus Chyliferi* duo à *Receptaculo* ad *Venam subclaviam* cum provehere possunt, ut plerumque solent. Sed & reliquis partæ viis per *Hepar* transire potest.

Quid coloris ratione aded à rei veritate dimovemini *Dissectores*? Quid *Lactearum* inventarum novitas oculis vestris imponit? *Fœtui meo*, tam desideratissimo *Chylo* omnes viæ patefcunt, ubi illius necessitas subit.

*Experimentis* sanè suis nolim sagacissimus *Lowverius* tantum fidat, ut illis laboret *Chylum* secludere, à viis latioribus. Perrupti *Ductus Chyliferi* nunquam benè monstrabunt, omnem *Chylum* in *Thoracem* effusum esse, nec quicquam illius per sanguineas *Mesentericas* illapsum.

Ob martyrium tantum sanè citius interit *Canis*, viribus evanescentibus, quam ob inedia[m] totalem tridui saltem spatio. Quî autem *Chylus* in sanguine comparere queat, quum non adsit tantâ copiâ, velut ubi per ductus thoracicos subiret? Satiaverit interim animal cibo, num laceratio intus facta, nec mox consolidata languorem non inferret necessariis viribus? Quin *Chyli* repletio

pletio circa locum disrupti Ductus quid miri inferat?

Restagnat, quia nequiverat ire ulterius. Partem per Hepar transiisse, licet forsitan ad sustentamen animalis non suffecerit, id sanè non secludit. Nil Chyli in Sanguine ab Animali detracto Comparere, nec etiam abnegat, particulas quasdam per alias vias illatas, sed jam à sanguineo colore absorptas, nec illam copiâ præsentis, prout alias.

Distinctæ ergò viæ *Chylo* meo per necessitatem non abnegandæ. Exsorbent *Lactææ* illum solenniter; exsorbent *sanguineæ* quoque, ubi necessitas exigit; at subterfusa Sanguinis rubedo illius albedinem tollit.

Multipli ordine omnes ad Intestina reptant. Compressis ductibus, distenduntur & turgescunt *Lactææ*; Compressâ *Portæ venâ*, extenduntur & intumescunt ejusdem propagines inferiores, quæ ad solius sanguinis à nutrimento reducis relatum non ad eò multiplici mole sanè existant.

Non tamen hinc *Hepar* munere Sanguificationis redonari opus est. Explicando ego illius, aut alterius ullius visceris muneri & Officio non vacabo. Suffecerit mihi Chylum meum aliquousque persequi, & illius ultiores in corpore eventus adsequi.

Omnium

Omnia *Glandularum* succus ut est tenuis, pellucidusque, sic istis explendis muneribus incumbit. Ut salivam ori exstillantes, eâ perfundunt cibos masticandos, sic *Pancreaticæ* suo succo Chylum in Intestino; ad expeditiorem ingressum in lacteas, aliasque Venas; sic *Mesentericæ* eum præterlabentem perfundunt, ne instagnet tenuissimis vasculis.

Dispositæ autem circa pectus, aut alibi corporis Glandulæ suo instillato Succo com meatum huic meo fatui liberum procreant. Adeoque etiam per vestigal *Lympha* ascendens *Chylus* promovetur & viâ suâ expeditur; donec in Sanguinem effundatur, & absorbeatur.

Qui ad *Hepar* tranat, ut id est insolentius; sic quoque mox ibi fætus meus amittit & colorem, & agnoscibilem quandam vim. Etiam tamen heic, sicut solemniori alterâ viâ tendit in Sanguinem.

*Chylus  
quomodo  
in Sanguinem  
vel Serum  
transmittitur.*

In *Sanguinem* scilicet assimilandus perenni instillatur influxu. sensim ipsi committitur, & cum eodem Cordi; sic comminatur, sic circuit. Quin quoque retens in ubera, & mammas depositus recipit faciem, quam amiserat. Per arterias scilicet mammarias cum Sanguine appellit; Glandulisque, ac tubu-



tubulis suscipitur lacteis, ut in propatulo est.

Cæterum Sanguini reficiendo destinatur ille meus; in eo paulatim circulando exiit alborem, *Cordis* claustra totiens transiens. In Sanguineâ autem massa vasis contentâ parte quâpiam stipat *Serum* parte *Sanguinem* ipsum. Et Succus nutritivus inde dispar ex disparibus particulis substituitur.

Sub Sero equidem & Sanguine alteruter delitescit, & ad alimentum neuter solus sufficit. Hinc Sanguinis copiâ stipatum corpus nihilominus Chyli quotidianam substitutionem exigit, ne inediâ conficiatur. Spermaticis, quas vocant partes, itemque Sanguineis diversum necessarium est alimentum: horum uno præsentem, alterum sæpè deficit.

Nec tamen in aquo solatice, licet inspissabili, & in coagulum præcipitabili, totus latitat *Succus alibilis*; sed in fibroso Sanguine alter quærendus ad parenchymatum ac musculosarum partium supplementum. Ab utroque, licet diverso & *Serum* & *Sanguis* nobilitantur.

Non desunt autem *Cordi Principia activa*, nec desunt Sanguini, velut nec Chylo meo defuerant. Ab his sibi commissis subigitur & elaboratur, quod indige-

digestum & incommodum alibile est.

Principia illa, siye Salina dixeris, siye Alkali, & Acidi, vel lixiviosæ Bilis, ac Lymphæ nominibus indigitaveris, & quomodocumque vocaveris, certè à meo Spiritu fermentativo non adeò alienæ indolis sunt. Meus in corporis ulteriora traductus *Chylus* illo turgescit, ubi particulis activis sanguineis commiscetur. Duplici subsidio & alimentum perficitur, & vita ipsa sustentatur. Devolutus sic *Chylus* meus in Venas, & Cor commutationem subit peraptam. Volatilitate perfectiori exaltatur, mixturam balsamicam fortitus. Rapidè ac properanter *Cor* subintrans, rarefactâ *Cruoris*, & in spumam traductâ massâ, actum motumque novum adipiscitur.

Nec hoc absque turgescencia est, quatenus inclinant in sui unionem *Pugiles*, dum in Cavæ parte Cordi proximâ, & hinc in Auriculis, & Corde, Pulmonumque *Vesiculis* consequenter commiscentur. Particularum omnium harum textura, inæqualitas, coarctansque fibrositas commotionem adjuvant.

Activitas in *Corde* tamen maximâ, efficacissimaque commotio est. Vario- rum quidem ibi miscella, non tamen absque luctæ inditio. Motus *Cordis* primarius est, reliquæ motitationes particu-

ricularum saltē assistunt. Nec tamen ille secludit ab ingredientibus commotionem, sed hæc illum, & ille hanc promovet. Commissura agentium à continente *Corde* perficitur, ordinatur, adæquatur, & regularis fit, quando quidem non solum cavitatem passivam *Cor* præbet.

Illi equidem meritò virale & cruentum in omni animali imperium competit. Hic vivus fons, hic focus genuinus periodicum sanguinis influxum non tolerat solum, sed & efficit. In illud *Chylus* omnis meus transsumitur, in eo æstuanti quasi flammulæ subjicitur, ab eo ignitum quasi fomitem forritur. Eminens sanè Animæ hospitium est, eminens sanguinis ergastulum.

*Vesicula pulsans* vitæque motusque principium accedenti est Sanguini, illum vegetans, illum suscitans, illi centrum commotionis elargiens. Nictat, & se commovet *Cor*, licet energieam subintrans Sanguis continuet. Impressæ commotionis vestigium reservat, dum undulose trepidat *Sanguis*. Intestinus in illo motus non tantus, nec tam efficax, nisi à *Corde* simul impressus adsit.

Rubefactio *Chyli* mei actum equidem Sanguinis formalem non complet. Opificium Sanguinis successivi temporis est actio. Ex contactu *Sanguinis* introduci quidem *Chylis* potest rubedo, non

famen penum Sanguinis pereuntem inde mox resarcitum credas. Toties ad Cor reassumitur omnis massa, propter meliorem subactionem. Nec enim tenuium, crassarumque partium exeditio, succorumque alibilibum commoderatio in instanti obtingunt. Repetitis saltem circuitibus debita Chylomeo requisita immergunt. Repetitum opus resarcit in *Corde* moram.

Sinu Sanguinis reconditus Chylus à principis activis paulatim immutatur, dum dependent illa à *Corde*, vimque impressam largius sortiuntur. Hinc toties adsunt, redeuntque *Cordi*, utpote cuius ope frui desiderent. Deposcunt invicem auxiliares sibi opes. defatiscit *Cor* ipsummet, nisi jugi Sanguinis appulsu reficiatur, vel genio suo defraudetur. Principia ergo activa in Sanguine, *Cordi* sua munia inconcussa derelinquunt, mutuam saltem sibi operam præstant; & sic *Sanguificatio* procedit.

Quid quod perseverantia vitæ ac calor *Cordi* quasi implantata sit? Generosis & activis suis particulis Sanguis in *Corde* quasi foculum extruxerit? In finitis in *Pulmonibus* vesiculis sanguini transeunti quasi cribrum comminuens, quassans & concutiens erectum sit? Subagitatione Partium perpetuante quasi liquefiat Sanguis?

Tot

Tot sanè tantisque machinamentis *Chyli* mei elaboratio obtingit, ut id brevibus vix explicare queam. Nec id nunc opus esse censeo, quandoquidem ego partium reliquarum usum dare nolo. Sufficit principia activa digito monstrasse, Cordi suum *ἐπιβάλλοντος* reliquisse, & quomodo *Chylus* meus in Sanguinem & Serum transeat, enucleasse.

Albam fibrositatem, vel Gelatinam candicantem à Crassamento in Sanguine purpureo distinximus, quatenus respiciant diversitatem partium. Etenim per diversa loca alenda tam albugineus ille Succus, quam purpureus dispergi aptus natus est. Punctula quippe pororum in omnibus membris variantia non sanè uniformiter admittunt alimentum quodque suum. Attamen iisdem undique obyis imbibitur, tum vasis excidens, tum transfudans etiam tunicas.

Sic sanè perintus receptionem, non per juxta positionem assimilatur *Succus alibilis*. Nec tam rapidus torrens est Sanguis, quin cuivis parti suum derelinquat statutum, suas particulas convenienter nutritorias. Aptitudo tamen nutritoria à variis casibus transformari potest, & alteruter *succus alibilis*, Sanguine & sero abundantibus, deficere.

Tabidis sanè ea disproportionio inter nutriens, ac nutriendum, ut nulla subsequatur assimilatio, licet ego idoneum etiam subministrem *Chylum*.

Sic etiam Spirituum absumptio destruit omnem énergeiam *Succo alibili*. Nisi hi vivà suâ scaturigine à perenni suo fonte decurrant, & nutrimentum quasi actuent, vivificentque, certe & illud labascit. Sic Symbolizant sibi invicem Viscera, sic continentia, sic contenta, & quæ vocant impetum facientia. Undique in hoc opus nutritorium à benè habentibus conspiratur, & in sympraxin consentitur.

Nec ego nunc amplius his immorabor, ut cuilibet saltem Parti suam derelinquam. Prædicta sufficiant, quibus *Chylum* in nutrimentum partium abeuntem persequutus sum.

Non ego nunc, quomodo quod volatilitate ac subtilitate, exsplendet ex Chylo & Sanguine in Cerebrum tendat, *Spiritusque* instauret animales. Nec quod ex principiis Salinis coalitum quomodo per Renes, vel poros secedat corporis. Non quomodo emunctoriis variis conspiretur ad depurandam & clarificandam omnem massam Sanguineam.

Constat prædictis nutriendi ratio, constat recentis mei *Chylis* suffectio, con-

constat pabuli hujus recreatio, & irrigatio. Quicquid errorum in his, ego nequidem amplius ad cognitionem admitto. Transco ad alia mihi longè gratiora, quandoquidem naturalem constitutionem sufficienter præmissi.

Jam damna maxima, jam scelera, ac flagitia miserabili modo depingere capio. Ut debui, posui scaphæ idoneam carinam; jeci ædificiò firmum fundamentum; constitutionemque præmissam naturalem de fluctibus quidem hanc infestantibus nunc extruli pedem; at nondum de littore Oceanum lüstro.

Naturalis constitutio Ventriculi erat præmittenda.

Quin potius in ipsâ naufragâ meâ rate iniquiores tempestates, cautes, vada deplorabo; ut præcedentibus me sine causâ subiratum fermè dixeris. Saltem portum in hoc miseriarum pelago sperare liceret! Tantum id abest, ut quia nocendi libidinem nemo explet, nequidem ego maledicta consumere debeam.

In manifestioribus equidem liberiori exprobratione uti possum. Sic itaque sub censum veniat omne id quod quotidiana mihi ponit mensa: veniat *Alimentum*, veniat *Pharmacum*, & quodcumque misero mihi nocivum. Principiò tamen jocosò scemate demulcendus mihi es, ne veritas mox mecum ad planctus meos.

Num pluram exhibendi alimenti loca sint, quam Os? Plurima exhibendi *alimenti* loca sibi fingunt, qui nescio quid magni exin sibi promittunt. Uberrimum quidem ac naturalissimum *Os* esse; at celerrimum *Nares*; coactumque aliquando, tam *Anum*, quam *Umbilicum*, & *exteram cutim*. Speciosa hæc *Natura*, & *Artis* compendiaria, modò proinde vera.

Quid autem? Num aëri, vel odoribus corpulentia inest Partium nutritivæ idonea? Roborari *spiritus* fumidâ odorabilium exhalatione, ut opportunius Animæ sodalitiū præstare queant, haud abnego: *Coquis*, *Pistoribus*, aliisque famelicis eosdem ovare, ac vegetari ab effluxibus vaporosis. nisi tamen corpulentius quippiam tandem mihi ingesserint, lapsabundos videbis.

Possint itidem tenuiores *Emplastrorum* nutrientum partes calore elici; possint per pororum contactum in capillares rapi venas; cumque regressivo sanguine subire *Cor*: Vis tamen, si qua resectiva non languidis partibus erigendis, sed spiritibus saltem proderit. Non est strenuitas, extetno auxilio tanta, sit licet multi habitus, prompteque penetrans succus carniū, ossa vinosa, & quicquid horum. Præcipiti autem virium lapsui, ut succurrant, non sanè *Umbilico*,



bilico; non regioni meae; sed thoraci applicanda erant.

Sunt equidem tiriivillitia hæc talia nullo habenda numero: somniet licet *Zacuthus Lusitanus* septimestrem per Umbilicum nutritam; ejusque salivam lambant affi.

Sed *Clysteres nutriendes*? nullo eos cen-  
 su habeo. credisne mihi per anum quip-  
 piam impelli posse, quod injuriam non  
 faciat? tam longo *Intestinorum* tractu,  
 tot circuitibus, ac gyris, præcludente  
*Coli valvula*? Quænam autem mihi tra-  
 ctoria vis, quænam Intestinis Chylifica?  
 Cruda autem excipi Lacteis, vel Mesa-  
 raicis rubris? sine prævio meo officio  
 aliquid alimentosum ingeri? bellum  
 nutrimentum! humectatoriam Clyste-  
 rum refectionem squalori Intestino-  
 rum, eorumque vicinix non denego.

Sed per me rejeçti & evomiti visi *Cly-  
 steres*? tam perversa & perturbata con-  
 stitutio nihil infert; præsertim ad nutri-  
 catum. Hoc demum rei hujus cardinem  
 vertit, nihil solidi aliminis, nisi à me  
 percõctum? nihil concoqui, nisi ore  
 ingestum. Sic necessitatem munëris  
 mei ratione diverforum aliorum loco-  
 rum astruxi.

Sed urget me pressus justitium cer-  
 taminis inter me & assumpra auditum  
 decantata *Abstinentia*; prælongum leju-  
 nium.

*Clysteres  
 num den-  
 tur nu-  
 trientes?*

*Prodigio-  
 sa Absti-  
 nentia.*

*nium.* Ubi tum necessitas muneris mei? ubi corpusculi mei energia? tam affabrè fabulis componor ergò, quibus tamen debellandis, detectis fraudibus ac imposturis operæ erit insurgere.

Non me committam dubiæ, interim fidei viris, *Plinio, Athenæo, Bocatio, Poggio Florentino, Abbati Urspergensis,* aliisque descendam nec etiam in aciem cum larvis & inanibus umbris. Urgente Dii majorum gentium. *Franciscus Citesius* producit in Theatrum abstinentem *Consolentaneam: Rondeletius Narbonensem.* sistit scenæ; *Spirensis puellam Lungius. Eremitam Vnderwaldensem Zwingerus* protrahit. *Cum Smidtweilerensi abstemiâ Smetius* adest. prorepat cum *Constantensi Quercetanus.* at maximo in apparatu *Apollonium Schreierianam* exhibet. *Paulus Lentulus.*

*Etiam Moersensem Fabritius Hildanus* strictâ aliquamdiu manu continet. *Sennertus,* quia veretur suam *Halberstadiensem* solam minimum componere non posse; omnem *Lucomoria* gregem exire jubet. Et quis tandem huic scenæ aulæum tollere possit.

Sat tamen jam productum personarum est: plures non capit Theatrum, nec locus amplior superest. Ast ubi exordium erit? quis finis circumstantiarum? Quas singulas singulis causas referam? Omnia

Omnia hic immiscet miraculorum classibus, ille *Angelis* bonis, malisve assignat efficaciam. tertius cœli causat influxus. alius simplicibus elementis, vel mixtis odoribus nutrimentum exposcit. est qui pituitosæ cruditati; est qui melancholico succo duramen imputet. nonnullus cessare viventi corpori nutricatum profus indigitat. Cui alius eam melancholicam substituit dispositionem, quam calor absumere impotens.

Sed quid pluribus moror causarum seriem? Quid comprobandis iisdem copulata semina *Plantarum*, *Ova*, aliaque sine pabulo aliquamdiu perdurantia?

Quid bestiarum exempla, quæ hinc omni inclusæ latibulis dormiunt jejunæ? etiam murium sylvestrium; cochlearum per terræ superficiem latitantium; serpentum cavernis obærentium; hirundinum sub aquis inventarum?

Quid flammulas lucernarum per aliquot secula in sepulchris durabiles? Item Chymica in comparisonem adducta, & sexcenta alia, quæ deflagrari nescia? Nam

*Cetera de genere hoc (adeo sunt multa)*  
*loquacem,*

*Delassare queant Fabium. —*

Veritas autem mihi per interpretes non quærenda, quum ipsemet omnibus in scenam productis inhabitâri. Per ambages ergo, & fabulosa conceptuum tormenta cur spiritum mihi liberum præcipitarem?

*Falsa &  
fucata  
esse solet.*

Accidit vitio gentis humanæ, ut circa causæ indaginem solliciti sæpè rei ipsius veritatem non pensulatè satis examinent. Nomina licet seculo nota produxerim; veteres licet exclusisse videar fabulas, ne tamen præjudicia Authorum te effascinent velim.

Reverâ *ἀδύνατος* est plurimum illa annorum ac mensium *Inedia*. Quicquid exempla memorent, vel falsis authores eorum narrationibus decepti, vel ipsimet figmentis illusi sunt. Dictis vel scriptis extra veri limites nulla debebat esse fides.

Ipsa ne quidem oculata testimonia in re tantâ sufficiunt. ampliõris usuræ gratiâ innumeræ passim imposturæ ac fraudes eriguntur. quin solent simulata & lachrymis & vultus confusione adumbrati, ut vel *Argus* falli possit.

Dirige oculos in *Evam Moersensem*, quos & quot non decepit triginta annorum spatium? sub quibus cautelis? Omnis ordinis homines confitebantur exemplum, & mirabantur. Ipse Hildanus novitatem rei mirè exornat, extendit-

tenditque mendacii fidem. Audita tamen fabula catastrophe quam confusus resipiscit, etiam suspectam *Apoloniam Scriverum* egregie prodit.

- Dolco, quod omnia alia exempla æque simulata non mox patefacta veritate disjiciantur umbrarum instar. Rigorofum examen non cuncta subierunt; procul alias omni dubio apricum vidisset falsimonia, absterso simulationum fuce, deterfis velate nequitie mariscis.

*Barbaram Vnnensem VVierius* egregie detexit, annexâ de præstigiis tractatui historia. Nec in hæc, nec in ullâ penitus ego otium vidi durabile. Semper quippiam furtiva seduxit manus, quod mihi, quo toto prospectum.

- *Cæsarem Ferdinandum* decepit *Margaretha Spirensis*: expressâ ille autoritate fraudem amoliri satagit, nec tamen potuit. Libo vestimenti simbriis dextrè insuto placabar quotidie, quod non deprehensum vigilanter inquirentibus.

Prodere quin sanè potuisset fucum hunc venustas faciei, incrementum staturæ, narium mucus, & scabiosum corpus.

- Famosissima *Augustana* sub *Maximiliani Imperatoris* oculis, quatuor septimanarum spatio confectis mihi subdole

ingestis evasisset, nisi emissis prodita fuisset facibus.

*Veneta* miraculosa insigni sanctitatis mysterio cellulae aliquamdiu inclusa cum duobus voluminibus, uno Bibliorum, altero cistulae in morem martio pane repleto me sustentavit.

*Monachus Neapolitanus* grandibus Cereis excavatis & mero plenis depastus egregie inediam finxit. Non produco singulatim allegata exempla, quid enim opus, quum in omnibus mihi contigisse nutritionem aliquam meminerim?

Rationes  
pro eadem  
Abstinen-  
tia insu-  
ficientes.

Mene, marmoris in morem induratum fuisse, in *Conflamensi* puellâ, ut conjicit *Quercetanus*, vel lapidem factum sub duro ac depresso abdomine, vel extinctum Corde spirituosius alito? post verò ex lapide denuò factum Venterculum? Mene in salem ac tartarum marmoreum transfiguratum mineralibus aquis? Uni absurdo innumera natiuitatem debent.

Hebdomadalis inedia, fateor, non semper mihi est lethalis. æquiori etiam permisso fero eam, ubi à consuetudine edoctus sum, & pluribus assuetus vicibus spatium abstinentiæ minus largior.

Attamen consuescere me posse ad omnimodam inediam assertio est demeritæ finitima. flamma naturalis jugi extinguitur alimento, ne disperat, ac im-

im-

immoriatur: non abstinet ullam per ignaviam cupito humido: hoc ego instaurem, necessum habeo.

A causâ quidem diviniore me, alia quando, & omnem naturæ propensionem, vinculo injecto, substituisse scio. Attamen etiam nimis temerario applausu hæc causa arripi solet, quum contra eventuum fundamenta non monstrant portentum.

Suspecta meritò sunt hodiè miracula. Sin locus perpetuæ fuisset abstinentiæ, mirandum Corvorum subsidium mihi in *Eliâ* non concessum.

Intoleranda etiam analogia, quæ prodigiosa inediæ affingitur. Quid ignis defossus sub mortuorum sepulchris? Plantæne mensibus algidis nutrimento abstinere? Bestiæ etiam licet tenaci humido suffusæ? Cochleæ tardigradæ hominis calori comparandæ? divite etiam penu intra propria viscera recondito perfruuntur in penuriâ hyemali, Promptuarium autem viscidæ pabuli, quod tam lentè exinaniant, homini inesse nequit.

Non producit humana *Natura* tam incoctum phlegma, quod vice forinsecus accedentis aliminis tot mensibus, tot annis succurrat calori depascenti. Non producit etiam tam mirabilem melancholiam, quæ statuat vim simili-

litudinis cum prædictis bestiis.

Compensant quidem aliquantulum defectum cruda, lenta, fixa, corpore sparsa pervadunt medicæ ac miræ utriusque exhalationes. accedit ademptum insensibile transpiramen. Morborum tamen hæc consequia, non nativitatis. Sufferentiam indigentiam, non totalem inferunt in ediam.

Nec is ex assuetudine habitus abstemius *Anachoretarum*, *Maniacorum*, puellarumque ita dispositarum. Contrahi possum ad pugni magnitudinem: totus ita comprimi venter, & expers acuminis esse proxeneta meus Spiritus fermentalis: Cor sensim protrahere motum: quibus quidem sufflaminatur alitio, ac tardius procedit, non tollitur tota. solvit tum soleo, squalescere, & quasi mortuus vivere; quia tamen vivere, etiam agere.

Subruta ergo & fluxa fides exemplorum est: appositæ sunt fabellæ: Suspecta hujus farinae omnia: exhibilandi inauditi *Sarmatae*, ac *Lacemorienses*, qui obrigescere brumali tempore Ranarum instar, ac post reviviscere dicuntur.

Tantum à vero divertit portentosa abstinentia, ut vix aliqualem sine noxa feram in ediam. Quanto cyus ab eâ hospitium reddor excrementorum conforptorum undecunque: & si qua ex-

*Inedia  
omnis  
noxia  
Ventriculo,*

su-



superet spurcities, in me per vellicatio-  
nem Spiritus egurgitat, unde conse-  
quens cujusvis sortem qualitas impressa  
manet: & sepelitur salus mea; revivi-  
scitque non adeò facile.

Sed pressus ego sordidi apparatus fa-  
stidio desiderium valetudinis deperdo.  
Verum enim verò rarus hic status meus  
est: movet quilibet mox lapidem, ne  
diris inediæ cruciatibus condemner.  
ipsas per annonæ difficultates etiam ad  
infandos erumpit cibos v&rsana rabies.  
Sic dentes in viscera liberorum exacu-  
tos nemini. Sed communia illa fata  
fuerunt. Mea autem propria mala tan-  
ta sunt, ut vix communium recordari  
libeat.

Descenderem ergò ad victus ratio-  
nem, sed falsam speciem alimenti falsa  
subjungere inediæ prius non erit abso-  
num. Ex *Compositione Epimenidea* Scyllæ  
coctæ ac cum melle subactæ *Philo* urget  
mihi nutrimentum sufficiens. Sed non  
invenit ille fidem.

Torquent alio genere mali corpu-  
sculum meum *Indi* per inhospita loca  
divagantes. Quid *Indos* autem in simu-  
lo rei universo jam orbe usitatissimæ?  
Illi quidem *Tabacum* in massam conglo-  
batum cum cochlearum cinere conti-  
nent ore quadantenus, & liquorem  
exsuctum sensim abliguriunt. Sic in-  
credi-

*Abigen-  
da inedia  
non con-  
ducit  
Tabaci  
mastica-  
tio.*

credibilis phlegmaticorum humorum copia cavo meo obversatur, unde vellicans meus Spiritus à membranis divertitur; ejus acrimonia obtunditur, & quâdam quasi narcosi compescitur: egoque, dum

*Nec mora, nec requies inter datur ulla  
fluendi,*

quam maximè turbor.

At quod putant me succum hunc in melioris penuriâ digerere, ut tridui spatio virium omnimoda jactura inhibeatur, nilque diffluat succurrente hâc vi narcoticâ quam absouum? Possunne in chylum convertere pituitam? Succusve ille tam olidus erit alibilis?

Cæterum, quando huc ventum est, non consistit in hoc gradu calamitas mihi ab hac herbâ. perpaucis iste utendi etiamnum placet modus: ne *Indis* quidem nisi sub casu. exsaturari me aliis mavult quisque, nec tamen huic scilicet Panacææ valedicere.

*Nec fumus Tabaci pellit inediam.*

O Spurcas delitias à genio meo alienas! Concavæ tibiolæ famiæ inditur hæc herba minutissimè secta, & accenditur. mox exhauritur spiritu fumus, faucibusque premitur, ut os fornaculi imaginem figuret. Occupatur ab hoc fumo ita mentis domicilium, ut omnibus ostiis excieatur sordidum flumen.

Tam mirabili monstro illex hic est

fu-

famus, ut vix quenquam nisi captum dimittat. Jam fumo me pasci non incolæ saltem longinquarum insularum, sed totus censet orbis. vix est è millibus unus, qui abstinere possit. Omnis conditionis homines hæc Tabacomania exagitat. non temperies, non moderamen adest, etiam supremo sati die.

Utentum tamen hæc lascivia est, non ulla Plantæ tyrannis.

*Hæc! etiam in nostras decerunt hæc fata ruinas?*

*Quis nunc omnigenas sordes, dirosque vapores,*

*Explicet, & sædo surgentia nubila fumo?*

Utile suffumigium Cerebro à madore titubanti; deturbare aliquando capite noxam posse quid negem? Huic ergò, non mihi olidum, ac fumosum illud pabulum apponendum erat?

Sin est mirificæ in humores cerebri animositatis, sin in quosdam hujus morbos procul dubio valitura planta, quur ego intemperanti illius libidine vexor, ac fatigor? measne me feliciter coctiones hujus beneficio obire? me nec roborari, & non potius instigante fumo turbari? meumne in senibus frigus hoc fumo arceri?

His illectamentis *Primerosius* me quietum reddi putat: his aliisque illustribus fucis miseras meas excusare *tabacobibuli*

*Non con-*  
*ducit Ven-*  
*triculo*  
*Enims*  
*Tabaci*

ten-

tentant, quasi scilicet possit mucus sulphure hoc narcotico conditus promptum adæquare nutrimentum: tam obstinatos ad calamitatem meam experior.

Num ergo enumerare insitam vitia, quæ ex hac herbâ pullulant quamplurima? quod crebro hujus fumi usu unctiosa & atra cerebro obhæreat crustula, velut in caminis: quod impletum vaporibus continuis caput non habeat beneficium exsiccationis: sed perpetua humorum gravetur abundantia, ni quotidianâ suctione denuò vacuetur: quod oculi concepta lachrymarum nube quasi ardeant: quod laxa sensuum omnium receptacula reddantur: quod copiosa alliciantur palato, naribus excrementa, ab intermistis fumo poculis saltem progenita.

Sunt hæc omnia à me quidem aliena, nec nisi ex consequio mihi obsutura:

*Potius  
est noxius  
Ventriculo ille  
Tabaci  
fumus.*

Attamen protulisse juvabit, ut incerta hujus herbæ felicitas per certissima deprimatur mala. Potissima mea afflicto ab assiduis hujus illecebris dependet, dum perpotandi accenditur libido, & increbrescunt pocula in meam perniciem. hoc enim irritamento recrudescit potandi certamen, dum per reciprocationem continuam fumi beneficia evertit humoris ubertas; at hu-

jus

jus vim resiccat frustra fumus.

Ita sanè præaridis per suffitum fauci-  
bus quæritur humiditas me posito in  
ingentibus undis. Jam ergò hanc her-  
bam mihi robur, pabulum, & adau-  
ctam coquendi vim exposcas. Regeram  
ego tibi omnia quacumque *Nyctæo sacro*  
debentur mala, & imaginaria illa be-  
neficia prorsus evanescent.

Si nondum sordida hujus fumi blan-  
dimenta evirtuata æstimes, opto tibi  
bonam mentem, ac ulteriorem rixam  
*Vulcano, Liberoque* committo. Plus satis  
me detinuit fumiferi sordities *Peti*, ut  
falsum abigendæ inediae subsidium. Fi-  
ctitia alia missa facio alimenta: indul-  
tum sermonis non merentur.

In verâ victus ratione tot invenio di-  
cenda, ut disputare amplius non de-  
beam minutias: Nec omnia hujus de-  
licta possum. Saltem illa libare liceat,  
quæ non uno, non altero comperta  
mihi periculo, sed quotidiana sunt.

Principiò perstringenda mihi seridè *Strictissi-*  
strictissima illa vivendi regula, quam *ma Diata*  
etiam *Sanis* extare volunt. mensurat *non omni-*  
hæc unciatim alimoniam, arctissimis *bus con-*  
que dividit limitibus. *Leonhardus Lessius*  
*Iesuita*, ac *Cornarius Venetus* palmarii e-  
jusdem Patroni. Suis illi præfinitis can-  
cellis omnes, etiam quæ suæ spontis sunt,  
includere præsumunt.

Quod

Quod cesserit in emolumentum sanitatis ad mensurata *Cornario* certarum unciarum pondere panatella non nego; frigida enim mea dyscrasia, & ab hinc indigestionis res erat illa coacta. sed quod huic, num omnibus legis loco erit?

Servandum sano naturæ robur: non assumentis natura, non ætas, non labor, non loci, temporisve ratio, quod corpus à corpore differt, plurimaque alia unum tolerant aspectum. Rursus. modò polytropa alimonia, modò oligotropa, modò omnis ejusdem varietas eandemne subibit mensuram?

Si *Scythis* aliquibusque succedit, quod latâ fasciâ regionem circumligant meam, quum longiusculam ferre in ediam coacti, num gentibus aliis eodem consilio conduxeris?

Consident *Vrsis* in latebra hyemali & adducta propè coherent latera, cogente in ediam: in has autem angustias si redegeris hominem, quâ fronte hoc studium sanitatis dixeris?

Quod *Phydias* ex ære simulachrum compingere, ubi deficiebat marmor, & imprimere formam poterat secundum materiæ quantitatem audivi: me etiam nullius artificio inferiorem agnosco. quæcumque edulia vacuus nanciscor, conficere gestio, prout possum.

Quin

Quin & immensa illa mea miseria est, quod naturam paucis contentam attendat ferrè haud ullus.

Verum hæcine stultitiæ patrocinantur eorum, qui perpetuâ subtractione cum naturâ pugnant, ac patientiam fatigant meam? quasi perpetua servitus libertatis mihi loco amabilis reddi possit. Reverâ hisce diætariis si te dederis, te ipsum tibi abnegas. Nihil tam molle, quo severè ac sanctè uti nequeas. voluptates ipsæ vitio saltem utentium degenerant à pulcherrimo fine.

σφοδρόνλω πέντωι τῷ καλῶν χρησην sin dixeris; ac mentem adipe, ac sanguine suffocatam nil cœleste meditari. Concessero, modò etiam in angustiis meis studiorum sublimitati nullum locum fatearis. Nisi à me honesto subinde ludo impetres veniam, frustra concilias animum tuum literis.

Ne illis  
quidem  
qui menti  
operam  
locans  
convenit  
Diata illa  
βιβλῶ.

Nunquam melius ipse *Homerus* vulnerabat deos, aut pugnantem sequebatur *Achillem*, quam quum promiserat ad cœnam. Concesso mihi laxamento non incongruo suas quoque vires animo rependere possim. Fastidia mea hunc singulari commercio in sui contemplationem abripiunt.

Ne rigidis quidem *Pythagoricis* contemplantibus cum melle Attico panis erat

erat neglectui, quo me manè placarent. Et *Antonino Imperatori* silicernio panis sicior solebat prævenire salutantium turbam. Hac enim lege consortii Cor ac Cerebrum mihi conspirant, quum simus semper tres unius foederis collega.

Ab ipsis non observatur præscriptoribus Diata tam stri-  
cta.

Apage igitur severa illa *Medicastroorum* præscripta, à quibus ne latum quidem unguem sine jacturâ sanitatis recedi posse putant. Hos ego autem, si ad examen trahere vellem, obtrudere saltem palpum facile convincerem. Nam quas aliis escas vel moderatè delibare prohibent, iisdem ipsimet non parcius, quam rebus bello partis utuntur.

Quibus delicatior vel magis ad scrupulum examinata *Gula*? Quid agunt nisi quod dispensant aliena, ac spem prodigendi sibi reservant? Quid aliud, nisi quod disponunt aliis libertatem, suæ ut securius indormiant? Hic eos amor nostri tangit; hæc tutela sanitatis illos fatigat.

Et ne quid vehementius dicam, utinam saltem ipsi tam modestè peccarent, ut culpâ domi se contineret, & negari crimen posset! Jam pro nefas! privata licentia bonis etiam legibus invidiam, contemptum, ac odium conciliant.

Me-



Meritò ergò deridiculo sunt culinarii  
 hi dictatores, quorum regulæ nonnisi  
 tenuem spirant mensam; at vita ipsam  
*Aptis* normam: Quæis. itidem sancta  
 semper simplicitas in ore; crederes so-  
 lum splendere salinum, olus cibum  
 esse, undam potum; quum tamen quo-  
 tidianam eorum mensam cumulus pa-  
 rôpsidum ferè frangat.

Quid illos referam, qui ægra dum  
 corpora molestis sublevare potiunculis  
 tentant; ipsemet potionibus toties ite-  
 ratis ægram sibi reddunt mentem? Quid  
 hunc, qui per se non prius *Æsculapium*  
 operari suadebat, nisi egregiè litasset  
 mero. Huc redeunt dicta; vitam diæ-  
 tatorum vigidorum non congruere suis  
 regulis: & intolerabilem mihi, totique  
 naturæ complexui esse servitutem.

Quod licet ingratum est, quod non licet  
 acrisus urit.

Quid tu mihi autem heic *Paulos*, quid  
*Antonios*, aliosque *hamaxobios* profers?  
 quid vitam ipsius *Diogenis* doliarem?  
 quid *Xenocratis* cascadeum; quasi nefas sit  
 rebus integris, incorruptisque frui?  
 Quid allium in retibus more *Attico* fe-  
 rentes? quin vivant ad hanc normam,  
 quæis volupe nihil, nisi quod tyranni-  
 dem sapit. &

Quæis non est mors una satis.

Quin solvantur ayari illi *curculiones*  
 inc-

inediâ, seque vivos sepeliant; quin spiritum sibi jam damnatum effundant, antequam fata poseunt. Ego tormentis assuetus etiam nullam salutis spem ostendentibus; & vacuis impendi soleo talibus lucrâ.

*Delectum  
ciborum  
sanis su-  
perua-  
cuis.*

Sed jam illi veniant, qui delectum ciborum etiam sanis nimio perè urgent. Tolerabilis mihi is foret *Delectus*, si ad Sanitatem ituris ægris viam sterneret. Nunc cum sanis nil dare tempori, loco, amicis; consuetudine, ut venustè *Cicero* suadet, velint *Aristarchi* nasutiores, sed austero vultu leges vivendi cui-libet immutent, num tolerandi?

Exclamat meritò *Bernhardus in Cantica*: Nonne manifestè rei sunt, qui disputant hoc oculis, hoc capiti hoc stomacho nocet: legumina nimis ventosa sunt, caseus stomachum gravat, lac capiti nocet, potum aquæ pectus non sustinet; quare hoc est ut rotis fluyis, agris, hortis, ac cellariis vix invenire possis quod comedas?

Hi sunt, qui velut infernæ artis mystæ circulum designant, ultra quem prodire certo interitus supplicio vetant: jubent insolita, prohibent consueta; arguunt oblata; execrantur exhibita; comminantur exitium, vitamque pollicentur.

His cum applausus deesse videtur, mox versiculo quopiam *Schola Salerni-*

*tane*

~~Tunc~~ cum venatum eunt, tanquam te-  
studines hoc sub regmine tutæ. Hæc au-  
thoritate velut *Medusa* capite objecto  
quemvis obmutescere debere, accon-  
siliî indigentem in utramvis dormire  
aurem posse putant.

Adeò equidem suo etiam sibi placent  
*Beverovicio Belgæ, Colero Germani Superio-  
res*, aliisque alii, ut nil fermè approbent,  
nisi quod illis probatum prius. Videas  
de mensâ surgentes, licet indigentia  
mea eos mansisse velit, ut convenien-  
tiam hujus vel illius appositi exquirant.

Nescio sanè quo genere furiarum ma-  
gis inquietè, an inani illo aliminis de-  
lectu, an verò ingluvie horrendâ, quæ  
invaluit: nisi quod hæc ubivis mihi ob-  
via, ille saltem in nasutioribus quibus-  
dam. Sanè vanissimus ille hoc tandem  
proficit, ut sui observantes putent, me  
jam in alium terrarum orbem delatum,  
& ab omni impostèrum incursum ægritu-  
dinis immunem fore.

Et ideo ego *Medicina studiosos* primum  
stultissimos fieri sentio: nihil enim ex  
iis quæ in usu antea, sibi convenire jam  
æstimant. Quam explorant *Panem*, num  
benè fermentatus, salitus, elaboratus,  
è forno justè coctus prodierit, atque  
originem nitidissimo debeat frumento?  
Sin deprehenderit alium, ne degu-  
stent quidem.

*Delectus  
ciborum  
ridiculus  
Medicina  
studiosor-  
um.*

Nil nisi pullos, gallos spadones, phasianos, perdices, turdos, merulas, pipiones; ficedulas somniant: vix assam agninam, vix bubulam juniorem me tolerare sibi censent. Buccellam carnis à benè habitâ Sue, cui pipere, cui sale, cui alio quopiam condimento provisum, transversim intuentur: Sin nòrint pinguedinem copiosam quasi suffocasse animam; horrent.

Sin aquâ coctum videant, quod veru tostum melius conceperant, anxie suspendunt manus. Brodia quodvis alteramen vel aromatum vel herbarum trahere vellent. Jam *Pisces* omnes saxatiles, trutas, satures, gobios, infantisque lucios desiderant.

Nihil fructuum; vix passulas, ficusque admittunt. Pulmenta, lacticiuia, butyroque fixa pleraque, & quæ loculus alias suadet, nulla ferè audent.

Jam potum pro loci genio diversum quid dicam? *Ceres* sin liberalior in potulentis *Baccho* ipsis venit, se vel *Rheni* accolas, vel *Gallie* finitimos mallent. Desiderati autem Vini compotes, vix in bucellâ panis absorptum delibare audent.

Sic saluum me, incolumemque; sic totum fartum, tectum: sub hoc moderamine pancreaticam sibi spondent valetudinem, ac Nestoream senectam.

In-

Interea non magis sapiunt, quam olent benè, qui in culinâ habitant.

Pace enim horum liceat dixisse, primi omnium valetudinem perdidere suam, & nisi experientia eos postmodum resipiscere fecerit, omnium sibi commissorum perdere non desinent pari instituto. Nondum inexperti faciendæ *Medicine* admittebantur, quum *Hippocrates*, aut *Galenus* invenerunt regulas, quibus vivi deberet. Nondum umbratici *Doctores* ingeniis imperabant; quum naturalis mihi linquebatur libertas.

Certè vel expertissimos quosque ad hoc genus vitæ accessisse non sensi. Horum enim ea providentia, ac dexteritas, ut moderata velint, mediocria laudent, consueta non negligant, suavia concedant, sapida exhibeant.

Hos inter erat *Augustinus Thomierus Medicus Vlmensis*, ut etiam se manifestat; nec rigidè ille me, nec laxè nimis habuit: hinc intercapedine octuaginta duorum annorum nullum sensit Sanitatis dispendium. Etiam opiparis in conviviis non obruebar ipsi ferculorum copiâ. mea exigentia frænum ipsius Gulæ commessanti erat. Sin pro votivâ aliorum salute pocula in orbem irent deterrimo, ac pestifero *Germanorum* more, pitissabat ea, transfusis alio vase

reliquiis. Eucrasiam mihi in hoc Viro singularem fateor; qualis non omnibus obtigit. Attamen cum multis aliis exemplo esse possit, non solum sanos, ac longævos, qui thymbrâ victitant; atque seyeris non omnia profici legibus.

*Consuetudinis etiam habenda ratio est in agris, modum sanis.*

Quid? quod usus habeat, etiam agris perditam melius resurgere sanitatem, quo minus adhibetur austeritatis. Extorsit hæc veritas Hippocrati, Galenoque tot effata suavitatis alimentorum aucupandæ, servandæ consuetudinis, nec facilè immutandæ, ut supersedeam ego.

Suave sanè mihi semper, quod familiare, quod consuetum, modò non nimium; quod molestum alias, per assuetudinem minus fit: habitus ex frequentatione impressus cohibet ipsam assumpti noxam. Quod suapte naturâ vitio caret, modò insolitum, non amplexor, vel coquo adè benè.

Cursus te velocem, lucta reddit robustum; me usus coctioni habilitat: etiam eorum quæ alias ex vegeto ac valente languidum redderent. Expertus ergò sin piscator es, eam impone hamis escam, quam scis appetituros pisciculos, ne sine spe prædæ morèris in scopulo.

Rusticus acutè febriens in hospitali quopiam *Germaniæ Superioris*, ex congruo

gruo nullo adhibito sospes, sed moribundus fermè visus, rogat Medicum solitam vivendi rationem sibi concedat: se abhorrere oblata hætenus: non brodia, non Syrupos, non omnia licet aliis expetita perferre: sibi cæpas, caseum, bubulam insumatam, aquam ac panem in cibum venisse; nequidem lecto per novendecim annos usum.

*Medicus* accelerandæ morti idonea non denegat deplorato; imponi curat stramini; apponi cætera. Postridie quem mortuum judicârat, astantem invenit igni, ac luculenta valetudinis recuperandæ signa exhibentem.

Vide sis quam mihi transferat in naturalissimum pignus vetustissima consuetudo in hoc homine. Mirumne? solitus corpori vigor ex solito victus moderamine: mihi Cor suggererebat vitæ huiorem vim; unde amplexus meus suavior, strictior; fermentalis mei Spiritus resuscitatio; coctio perfectior. Refocillatum Cor excutiebat suffocantem humorum molem; & ab onere respirabant viscera omnia.

Ne hunc autem rusticum saluum miraculi loco habeas, converte oculos in pleròsque convalescentes. Fidem memoriæ appello: quotusquisque illufâ Medici custodiâ non indulget sibi? Num offendere solet adèdò insalubritas

cujuspiam, ac suavitas demulcere? Exemplis similibus abundat orbis. Nihil novi est, ut stupeas.

Ex discupito quoque, avidiusculè raptò, amplexo, cocto mihi uberius recuperandis viribus fuit alimentum, unde reanimato cordi efficacior substat vis: Vitii si quid subest, emendari protinus contingit. etiam ipsa suavitatis imaginatio suffundit Cordi gaudia, ut vim spirituum, calorisque vegetiorem spargat corpore.

*Nec Idio-  
syncrasi-  
a  
cujusvis  
negligen-  
da.*

Nec cujuslibet Individui proprius, specificusque complexionis modus negligendus est. Hunc quidem cadere sub artem *Natura* noluit, eoque causas ne prodam cavet. Hoc saltem dicere habeo, ingenia mortalium propter inventionem harum frustra torqueri. Nihil tamen certius, quam me plurimum perturbari in hoc casei esu, in illo pomorum, in tertio alii: his me non ferre vinum, illis aquâ subverti:

Jam solo nutriri lacte velle; jam illud horrere prorsus. Sæpè nullum tolerare obsonii genus, cui sal immixtus. Et pisces, & speciatim anguillas, & carnes, & ova, & sexcenta alia quid enumerem, quibus passim obvii quique, me indicante bellum, abstinent.

*Hinc non  
desinien-  
da ali-*

Ut sanè vel horum censu habito appareat temeritas mihi salubre vel insalubre



lubre alimentum determinantium, absque relatione ad subjectum factâ. Ut cumque non patior ferociter regnantes in communi victus argumento. Illud etiam gravius movet, definiri victum, nec mei respectum teneri.

*menti salubritas. nisi respectu asumentis.*

Quid interim frequentius audias, atque rogantibus de salubritate hujus, vel illius mox parata categorica responsa? Quum tamen non optimus, quisque eibus mihi mox sit salubris.

Sin dixero, corrumpi mihi posso etiam quæ bonitate succi, ac coctionis facilitate pollent, ubi sum in immodicam lapsus temperiem, num aberraro?

Et Spiritum fermentalem mihi affluentiore duriora velle, & exsuperanti meo calori bubulam expetitam præ vitulinâ? Nullumque cibum tam fevero ac panè sylvestri edicto castigandum, quasi idem omnibus duraturus.

Cæterum non alio quoquam figmento proinde specioso illudi etiam debebam, quo partem corporis unam præ aliâ hoc vel illo edulio melius ali fustinetur. Utrique inani saltem pompâ, ac strue incongruâ verborum laboratur, dum carni caro, ossibus legumina, ficus pulmonibus, aliaque partibus aliis dedicantur.

Quum verò audio partem corporis parte eadem animalis nutriri melius,

pedem pede, jecur jecore: quumque defectui alicujus ex consimili parte supplementum quæri, quid putem? flentibus, scilicet extorqueri pueris silentium, eorum oculis ad tabulas, vel aula sublati?

Ut nil nisi vixerit, vel è vitali profluxerit, alere potest, ita manat mihi etiam optimus chylus ex cibo tali, cordique ex illo sanguis. Inculpator tamen instauratio purioribus illis perficitur.

*Non mox  
constitu-  
tio corporis  
sequitur  
assumpta.*

Non interim mox pro naturâ ingestæ unius vel alterius alimonix corpus transfertur. Nisi pressius afficiat, ac alimentum frequentiam obduret, non rapit, sed rapitur transversè, ceditque transformantibus partibus. Non sanè passione modicâ, nec diu protractâ ex ovium lacte hædo capillum teneriorem, vel ex caprarum agno lanam duriorum efficiet.

*Nec in-  
fantium  
natura  
nutricis  
Lac con-  
sequitur.*

Ut desinas ad eò infamare imperfectum, ac dimidiatum matris genus, quod abjicit ad Nutricem alienam suum infantem: quasi inolescant mores, ac configuretur indoles prope modum ex naturâ lactis. Non diffiteor brutis brutaliores, quæ incoactæ negant proprium tenellis alimentum; quemque aluere non visum, nunc implorantem opem rejiciunt.

At

At ubi coacta res est, superfluum pueris sollicitudinem eximere possum. Non imbibuntur adeò facile mores; nec constitutio vel sanguinis, vel corporis ita promptè mutabilis est.

*Lac* mammis nutricum non substitit adeò, nec diu immoratum fuit, ut conformitatem naturæ hauserit, non enim per modum metamorphoseos ex sanguine, sed solâ duntaxat separatione ab eodem producitur.

*Chylus* meus est merus, mihi per lacteas, ductumque earum ablatus in subclavias: Inde cum sanguine per Cor, arteriasque thoracicas in mammas effusus, earumque glandulosâ substantiâ secretus, porisque asservatus, ut suctione depromatur.

Protractâ quidem etiam suctione sanguis sequitur, quia præsens est, non verò mutabilis: nam retrogradus coctionis modus naturæ insolitus: cur destrueret, quod semel effecit?

Quam apte ergò lac nutrientis mores, naturamve referre possit, vides. Quod assumpta Nutricibus nociva, & purgantia quælibet transfusam lacti vim exhibeant, non est dictis adversum. Medicamentosa nullibi susque deque habenda.

Sed redeundum mihi in viam, quâ dixereram, potius censeo. Perplexa

*Ordo Ciborum assumendorum non sit scrupulosus necessarium est.*

nasutorum quorundam anxietas deligendis cibis occupata me detinuit hætenus: Non minor *Ordinem assumendorum* circumstrepit ciborum. Tam supervacuo etiam ibi impetu aguntur; illisque pugnant diffidiis, ut facile videas non tanti rem ipsam esse.

Quicquid ingeris, modò consequenter, nec notabili intervallo, confundo; ac protinus commisceo: Unicum in cremorem redigo omnia: amplexu meo coarctantur liquidiora ad exitum prius. Non intercludit unum alteri exitum, ut inutili morâ corrumpi queat.

Blandus laterum meorum incubatus ab impresso coctionis vestigio sensim exprimit omnia. Nihil crudi, incoctive elabi sino, ubi mihi benè. Ubi non sum meæ spontis, lapsus facile colligis. Rumperet indefinenter impletus pueris, nisi pars confecti locum ingesto faceret.

Concesserim facile jurulenta in Anticœnio, vel antiprandio, modo jugum necessitatis absit. Non vitupero veterum promulsidem; nec illud *Poeta:*

*Vacuis committere venis*

*Nil nisi lenè decet, leni præcordia Mulso*

*Prolueris melius.*

Sin castigare lapsum quempiam velis;  
Sin lubricam alyum, nolim hæreat mihi  
obstaculum.

Quibus

Quibus imputas nauſeam, olido ruſtus, ut raphanis, capis, ſin claudis menſam, & paſtum, male tibi: aut præoccupato, ne laxent os mihi ſiniſtrum, aut linque proſus.

Jam altum involverem Ordini ſilentium, niſi remedium eum graviori malo ſtatui viderem. De fonte loquor miſeriarum mearum, quibus ingemo. *Varietas Ferculorum ex accidenti ſaltem noxia;* Per colorum illa Varietas, quæ quidem ex accidenti mihi peſtifera, jam deploranda venit. Hæc voluptatis ut plena, ita *Gula* irritatrix tanta, ut numeroſa malorum ſtruc me obruat.

Hoc inordinatæ appetentiæ lenocinium ad congeriem, inſarctum, ſaburram trahens, dicamne unicam morbis cauſam, ut *Clemens Alexandrinus*? Sanius degere pecudes ſimpliciter victitantes; ætiles variis implicatis offis, & inſarctas morbis implicari: non tumultum, non lapſum; non impetum à ſimplici ac ſine arte poſitâ menſâ me metuere.

Ruralibus contingere robur ex eodem cum labore miſto: non habere eum controverſam coſtionis moram: fruſtibus, glandibus, oleribus ſanius degiſſe priſcos: non multiplices epularum lautitias anhelariſſe.

Hæccine, & alia variandis impegero alimentis? Quid profecero vento,

lapideæ locutus ? Novem sanè ,  
*decimâ cum Pallade Musæ ,*  
 ipseque *Medicorum præses Apollo* nihil sua-  
 ferint. Quid ? regerent mox omnes ;  
 consilium quidem non imprudens est ,  
 sed aditum habere nequit.

Quin saporem nobis deme , ut videa-  
 mur insulsi : & pertunde linguas , ut  
 imitemur fatuos ; & in harum nos in-  
 trude , ut vescamur cum porcorum  
 grege glandibus : tanquam non invitet  
 nos universa rerum natura ad varietate-  
 m alimonix : Tot olerum species ,  
 tot fructuum genera , tot animantium  
 discrimina.

Tanquam ipsa animalia non rectè vo-  
 cãrit *καρπία* *Aristoteles* , & Capræ di-  
 versissimas non depascantur frutices ; &  
 pratorum uberrima varietas sit inju-  
 cunda bobus ; & Gallinæ domesticæ  
 non devorent objecta quævis ; tanquam  
 Natura solers non nôrit elicere ex di-  
 versis optimum sibi succum : Apesque  
 eâdem sapientiores , quæ fragrantissima  
 colligunt mella ex dissimillimis flori-  
 bus.

Quia in-  
 gluvies  
 ansam  
 præbet  
 Varietas  
 ciborum,  
 hinc est  
 noxia.

Ita verò , inquam ego , solidum me ,  
 ac lapideum putas , cui non soleat *Gula*  
 injuriam facere ? Puta convenientiam  
 ingestorum quandam esse simplicita-  
 tem ; finge quod jucunditas noxam  
 possit corrigere , & dilectio avertere  
 gra-

gravamen : junge orexin meliusculè concitari à variantibus, & commendabiliori me suavia recondere amplexu.

Age tamen nunquid detestabilis *Varietas*, quia tu succumbis voluptati? nunquid vel solo omnium gustu me plenum sentis? Nunquid quo nisu variæ epulæ, eo & luxuries invalescit?

Quin cautius ergò mihi fatere illos agere, qui simplicem amant victum. Hos autem ubi inveniam? inter *Persas*, ac *Arabes*, quos temperantiâ suâ valere, ac frugi in convivu homines esse dixit *Jovius*? Vix nobile *Europa* solum eos fert. Sin hîc frugalitatis negotiator sim, sua forque abstinentiæ veniam, hospes ingratus haud dubiè foris stem.

Horrida illa, ac vetustatis rubigine obsita lex jam diu abrogata est, quæ jubet frugi esse: Vinculum servitutis amarum jam dudum excussum, quo popinæ luxus coërcetur.

*Pyrrhniculus Vasco* apud *Quercetanum* tabernæ meritoricæ in quodam viculo agresti cœnam imperârat, eam parcissimam ac volitoriam nactus, *Medicum* ad capiendam mercedem accersit. Hunc ne quæreret in vico subridenti *Cauponi*, ac respondentem inquit: Tu accipe pretium *Medici*, non *cauponis*, ut merces operæ par sit. Frugalem sibi medicum: hunc, non illum ubique inveniri sensit.

*Taxas*  
*Ventri-*  
*culus L.*  
*xuriam*  
*hodie-*  
*nam :*

Ita est; Artē hanc nihil auferentem undique exulare deprehendo. Vile coqui ministerium hujus artis locum habet. Concedit gloriam primus ejus inventor *Apitius*: disciplina hæc seculum infecit; nihil per se placet cuivis, nisi ab hac corruptum sit: Ab hac condimenta petuntur, non à fame meâ.

*Heliogabali*, ac *Vitellii* non dixerō tempora hæc? num magis hi potuere defudare nostris, ut pretiosior cibus fauces transeat? Jecinora sacrorum piscium, cerebella phasianorum, lusciniarum linguæ, mutænarum lacticina jam patria inveniunt.

Descripsisse *Arbitrum* putes hoc seculum:

*Ales phasiaci petita colchis*

*Atque Afræ volucres placent palato,*

*Quod non sunt faciles, at albus anser.*

*Et pictis Anas enovata permis*

*Plebeium sapit. Ultimus ab oris*

*Attractus Scarus, atque arata Syrtis*

*Si quid naufragio dedit, probatur:*

*Mullus jam gravis est, amica vincit*

*Vxorem: Rosa Cinnamum veretur.*

*Quicquid queritur, optimum videtur.*

*Jam sapidior Gulæ Caviaro Moscoviti-*

*ca, ac recens, quivis piscis: Farçimina*

*Bolonjensia, non nisi arident. Ab utro-*

*que Indo fervor petitur feriendo, atque*

*pungendo palato. Salsis æria, acribus*

*etiam*



etiam caustica superingeruntur. Nec satis fit corruptæ phantasiæ; nisi fætida inquinent spiritus, ac putrida cum subtilientibus vermibus apponantur: & queis muria longiori alluvio nescio quem saporem affricavit, in delitiis sunt.

Carnes animalium in putredinem reservatas accipio; quasi saltem à principio putredinis mollities accersiri possit. Redolentibus non nisi medicata; ac fastidiosis olida condituris mihi ingeruntur, ut vix absque regestu contactum sustineam. Blandimenta saporum tam variis ex mixturis hauriuntur; ut medicatas præoptem sæpè vires.

Meam interim recusationem nemo quisquam timet: me solere sequi imperium; me ex superingestâ cujuspiam pensatione fastidium exuere protinus. Imperium Gulæ curam valetudinis perfumdat: Nemo capitur spe vel re, nisi aliquod mordeat.

Absconditus corpore ego delitescō; delitiosa cubat præ foribus Gulæ: in vinculis ratio est, vel saltem à custodiâ mei remota. delitiandi consuetudinè securus est quilibet; & ne quidem ad criminis hujus nomen exhorrescit.

Tam altas egit radices pecuina ingluvies! ipsimet, qui carnibus abstinere jussi statutis diebus, non minori piscium  
 appa-

apparatu, variantibus ex iis eduliis, hunc refarciunt defectum. Non videtur vita amplius appetibilis hâc sine voluptate.

Non quod salutis, sed quod suavitatis habet plurimum in pretio est. Sive vim mihi faciant, sive insidias vitæ struant, sive emere severis doloribus debeant suavium, nihil est. dixero pedissequas cruciatus longiores voluptate, delitiis ancillari molestias: præsens Gulæ blandimentum animis omnium submouet promptè tropica subsequencia.

Proh cæcam luxuriam! Proh vitam mortalium effascinatam, ac luxu solutam prorsus. Non est, qui attendat exquisitas ad gustum dapes non ita firmo constare nutrimento. Non est, qui cogitet quo mollius, ac dulcius quidque, edulium, eò promptius inferre mihi nauseam: subtilitate suâ ut plurimum se insinuat membranis meis: ex reactione hâc meâ mihi vis prosternitur aliquousque: hinc commestione repetitâ non tolero idem, ni vel salis vel aceti mixturâ fallar.

In deserto *Israëlitis*, non obdurabam ad *Manna* frequentiam, nisi miraculo divino variata ejus vis fuisset.

Sed nihil horum amplius queror, nihil memini. Palato cuiusvis, quicquid est minutiarum, donarem, modo modus

Taxat  
ingluvi-  
em uni-  
versam  
Ventri-  
culus.

dunderetur. At indulta implacabilis  
*Gula*; vastam ingluviem; lurcones,  
 helluones, ciborum gurgites, quæ  
 propendo semper immani distentus  
 saburrâ, turgentibus follium instar buc-  
 cis, num subdicebo? Sit licet,

*Ingeniosa Gula, & plebeio trita voluptas  
 Vsu displiceat.* —————

Nisi prodigiosa commestatio foret, ob-  
 durarem malo.

Verum quum inhæream etiam illis,  
 qui vel *Herculem* edendo provocent æ-  
 quo Marte, non possum silere amplius.  
 Quid mirer *Siculos*, ac *Bæotas Gule* con-  
 struxisse templum? Quid arguam se-  
 cundas *Ionum* mensas, *Lydorum* carycas,  
 delicias, *Sybaritarum*, *Partios*, *Scythas*,  
*Iaponios* commestantes? Quid querat  
*Ciceronem* bicongium, *Infundibulum*  
*Diotimum*, *Bonosum* amphoram, alias-  
 que prioris ævi spongas, non homines?

Possumne hodiernis temporibus co-  
 æquales dare, quibus pecorum more  
 ad pastum projectis vivere solum com-  
 messari est? Non libet meminisse mei,  
 qualis eram in *Crotoniate Milone*, quum  
 Taurum absumeret quadrimum. Non  
 dicam meum in *Maximino* Imperatore  
 statum, quum sexaginta carnis libris  
 cum vini amphorâ implerer uno die:  
 adeo ubertim hinc sudante toto, ut ca-  
 lice sudor colligi posset.

*Exempla  
 voracita-  
 tis.*

Nec

Nec numerabo ingesta mihi omnia à *Clodio Albino*, quum profundissima fierem in eo vorago: Nec angustias meas in *Dionysio juniore Siculo*; quum per dies nonaginta non permitteret ulla inducias. Nec *Julii Caesaris*, vel *Antonii*, quum in primam lucem cum *Cleopatra* protraherent convivia, proferam luxuriam. Desideria *Melanthii*, ac *Philoxenis* Gruum sibi colla exoptantium, ut durabiliorem haberent voluptatem, non tangam. Non vacat mihi catalogum texere omnium similium: nequidem posse reor.

Tristiora præteritis hodierno tempore mihi parata ubivis habeo. Fœcunda exemplis quælibet regio est: inexhausta mea miseria. Barathrum ex me; Charybdin, cloacam, sentinam fieri verè dixerò. Lupinis faucibus circum ambulare mortales experior:

*O dolor! an possum tormenta efferre, plangisq[ue]*

*Ingemuisse meis? hodie ne credite vivum.*

*Jamdudum perii, jamdudum extinctus anhele,*

*Et vivo, & morior toties: Me sumere longo Nempe mori faciunt.*

Audis me? nec auguria novi, nec Mathematicorum cælum curare soleo, hoc possum dicere, non obtigisse, non posse imposterum pejora mihi.

Quod

Quod integro Halece cum Cerevisiâ abligurito in aulâ *Caroli Quinti* â quodam vexatus fuerim, nihil est. Quod trium talerorum imp. pondus cum haustu liquoris ingestum sustulerim, quasi nescio. Quod in Tigurino piscatore viva me perreptârît anguilla, per posticum deinde rejecta, lusum puto.

Quod quidam viti frustra, clavos ferreos, aliaque lapidea in me tanquam utrem conjiciant: quod rusticus ille *Frisius* semesos cespites mihi transmiserit, non urgeo.

Quod silicum numerus in descensu violenter sibi impactus clarum in me exhibeat sonitum, negligo. Hæ unius, alteriusve miseræ meæ non tangunt omnes.

Universale est, de quo conqueri iam insisto. Memoria voluptatis omnibus appetitum effascinat meum. Vix è millibus unus infra satietatem subsistere audet: Tolerantiam meam attendit nullus.

*Germanis, Anglis, Belgis, omnibusque Septentrionalibus* ipsa voracitas quasi connascitur: Eam implantant nutrices infantibus: infarciunt enim eos ab incunabulis ad vomitum usque. Laxa Satietas incommoda recensentur. exin, ac immensum dilatata mea latera nolunt deinceps esse vacua. Semper hiat orificium mihi sinistrum per adæ-  
pha-

phagiam, vel copiam ingestorum.

Nunquam fermè vacuitatem invenit Spiritus, ut appetentem me reddat. Non attenditur languor, non gravamen meum: ructus, odores, turbati fomni, peregrini oris saporés, similiaque neminem mei memoria convertunt.

Privata quâdam facultate, inexplicabilique sustinere posse tam incredibilem eduliorum molem censeor: hanc mihi ex specifica partitione adhærescere; celerem corporis esse resolutionem; distendi me membranaceum posse: neutiquam disruptum ulli inventum: duriora pervadere portas meas reddenda alvo: liquida exundantia diffluere promptè omnibus foramentis; & omnia in me hiantia loca crudorum conceptacula liquorum fieri posse:

His aliisque conceptibus non parum multæ mentes captæ sunt; nec saltem brutæ helluonum, sed etiam civiliter obversantium: Experiens tam detestanda, quid cogitent, hariolor.

Laudavit olim commodos obsoniorum artifices semper sibi præsto *Alexander Magnus*: matutinos labores condiendo prandio, prandii tenuitatem cœnæ. sed laudibusne frugalitas, sanctive mores ad fructum pervenêre? *Mimica* petitus arte, adumbratâ saltem,

ac

ac fugitivâ derisus-continentiâ tum ipsi, tum aliis omnibus sui.

Suasit Regi suo *Rabbi Moses Arabs* Regimen vitæ idem, quod equo suo charissimo præstitutum sciret, inde multarum ægritudinum aversionem pendere: an persuasit? displicebat hæc negotiatio *Gula*, hinc nullo genere erat.

Inter monstra numerem eum, qui lege, ac ratione semper agat. Audisti *Venceslaum Bohemiam Regem* parvi æstimantem reliquorum jacturam, quum cellam ac culinam ab incendio servatas sciret? Pari jugo loca non paucos, qui magno meo malo tota ac lauta jam devorârunt patrimonia: Hos labra, dentes, linguam, ac gulam benè armata circumferre videas, absque oculis: Ne deprehensi quidem resipiscere discunt.

Ut putem jam omnes *Medicos* perdidisse præcepta sua, *Gulæ*que impetum prudentiori silentio extincturos. Quid enim attinet, sin dixerint, quibus ego calidior contigi, non quibus frigidior, licere surgere de mensâ,

*Postquam epulis exempta fames?*

Nunquid extemplò imaginem caloris mei omnibus insinuat *Gula*?

Quid porrò, sin jungant appulsu novi nutrimenti me feliciter digestionem integrare? Nunquid sedulos nimis reddunt in explendo hoc mihi beneficio?

Quid

*Melius est peccatum in quanto non admittere, quam corrigere.*

Quid etiam, si prædicent peccatum in quanto benè corrigi subsequente parciore victu, somno, quiete; vomitu: Semel in septimanâ omiffâ cœnâ cruditates mihi collectas penitus absumi? Nunquid deteriores reddunt hâc confidentiâ causas, ac moderamen *Gu-*  
*le* tentant?

Iter salutis nondum deperditæ facilius invenire est: Quod ergò mihi læso determinare pergunt, hoc antequam læderer, servari malim.

Pluries præstat modicè, quam semel nimium assumere. Bis die me cibo refici; senibus puerisque etiam vicibus partitioribus, sed modicis saluti cautum est.

*Jentaculum non insalubre est.*

Etiam leviori ἀκροπίσματι, sive jentaculo consuevis retocillari non respuo. Exiguum illud succendiculum solet me in vigorem erigere: Sin tamen auctius reddis, negas tibi justam prandii voluptatem, ac minus avidos efficis amplexus meos.

Diodorus persuasus à Galeno se immunem à comitali morbo reddidit ἀκροπίσματι, inculpatâque valetudine. Præ omnibus tamen pueros benè vocat *Martialis*:

*Surgite jam pueri, vendit jentacula Pistor,  
Cristataque sonant undique lucis aves.*

Sed junctam Jentaculo, ac Prandio  
Meren-



Merendam, ac Cœnæ Commessationem, multam in noctem; totque vices in summâ liberalitate qui sustineam mirari subit. Confundi ac commisceri prorsus his pastionibus solent sua tempora. Vix ullum memorabile spatium prandio, ac cœnæ intermittitur plerisque. Ad edendum properantibus inservio, vix coctionem inchoans, nedum epulis præassumptis exoneratus. Non senibus, non pueris id modo familiare, ac consuetum est, sed fermè omnibus.

*Iustum  
temporis  
spatium  
coctioni  
dandum.*

Ambagiosam audio litem adhuc durare *Medicis*, quâ num Prandium Cœnâ, vel hæc illo liberalior sit oporteat, controversant: Mordicus utrinque argumenta trudi: Hinc stare spatiosum intercedens pastui tempus, somnum, quietem, exactioremque multis nominibus sub iisdem calorem meum: Illinc statum præliantium componere diurnos labores, dissipatiores vires, appetentiam majorem, & ab eâ dependentem consuetudinem.

Ut desinant rixarum *Medici*, jam huic controversiæ sequestri toto orbe paratissimi sunt, quæis ad utramque partem flectere libeat assentationem. Composita his lis, ac sopita est, dum attonito mihi & prandium, & cœnam enormi plenitudine exæquant: aut aliter, dum prandium in cœnam, vel hanc  
in

in illud uno pastu protrahunt commes-  
fando.

Horreo eloqui, modò à me saburra-  
to impetrarent veniam, consumi sibi  
nunquam voluptatem paterentur. Si  
quopiam parcius agunt, gravato mihi  
ac reluctanti debere saltem volunt, aut  
lautiori inhiant. Mallet quisque conti-  
nuari posse, quam de die quadrifariam  
dispertiri epulas.

Plausum danti omnes, protractis in  
immensum, ac nisi per pocula interpo-  
latis conviviiis. Constantiam mihi o-  
mnem destruunt, abbreviatis adeò co-  
ctionis meæ spatiis, ut superingesta no-  
va semper exterminent cruda amplexa  
mihi. Modò, eheu! postero finirent  
die, quum pridie incèperint.

*Et Ap-  
petitus  
vero locus  
est conce-  
dendus.*

Nunc nullas videre mihi fermè licet  
inducias. Nihilò secius vel ignavus ego,  
vel convitium tolerant epulæ. O per-  
versas hominum mentes! Quî saperet  
cibus vobis, quum nunquam appeten-  
tem me habeatis? quî autem appete-  
rem, semper repletus?

Non auxerat sibi exercitio famem  
*Dionysius Siculus*, inde jus nigrum *Lace-  
damone* decantatum respuebat, licet à  
*Spartano* præparatum coquo. *Ptolomeo*  
econtra *Ægyptio* pane cibario nil visum  
jucundius, quum in casula ille offerre-  
tur, & comitatus peregrinantem desti-  
tueret,

tueret, quandoquidem nunquam comederat esuriens.

Utroque monstrare insisto exemplo & me & cibum quemcumvis frustra convitiis lancinari, quodcumque continua satietas excludit appetentiam. Non *stomachus* vester est, o boni! qui vobis negat, aut malè locat operam, aut insana vestra ingluvies operam ejus interturbat.

Hominibus sciatis me servire libenter, non pecudibus: Vos autem *Aqualiculum* me putatis, aut cujusdam jumentum abomasum. Innocentem vestram ætatem dubitatis nutritam, nisi suffocatum pultibus absque intermissione quasi sentiatis. A cunis ergo ipsis infarctus, & ad vomitum semper satur, exitum, ac dilapsum meum tonum vobis debeo: Quod anhelus sublimem causer spiritum, quod cardiacam, suffocantes catharros, gibbos, frequentiores insultus epilepticos, pluraque exhibeam mala neminem vestrum movet.

Adolescentis ætatis adæphagiam non meliori moderatis promptitudine. Enormem tum vermium, ac flatuum proventum non attenditis: Sive adultiores flatus illi vos torqueant retenti, vel olidos reddant exclusi: Sive rugientibus subindè, ac murmurantibus inte-

F stinis

stinis Virgines efficiant ventriloquas, nihil judicatis.

Per omnem deinceps ætatem assuetorum indulgentiã, nec capacitatis meæ, nec debiti temporis habitã ulla ratione, sin permansero attonitus, an damnari jure possim quæro? Nolite ergò suggillare miseriam meam; vel me, Stomachum vestrum rogare, quur vera voluptate fraudemini. Quod à cunis mecum adultum, & perpetuum mansit, nullo meo, sed vestro accidit crimine.

Cur intricatum meum statum non emendatis maturius? Cur verum meum desiderium sublatum non reparatis solidius? Cur in umbra voluptatis inavultis ludere, quam veram eam mihi debere? At de remediis debitis quod non valde laboratis, non impune tandem fertis. Putem ergò vos metu majoris mali non venire ad reatum?

Hocine est, quod nullum imbecillitatis meæ signum vos frugi esse jubeat? Quod nequidem ablati Appetitus suadere abstinentiam possit? Etiamque frigus illud, quod à pastu toto corpore soleo spargere, non commonefaciat detrimentum meum, sed contrã in signum bonæ valetudinis trahatur?

Ridiculum! quasi ab externis ingrediatur

*Frigus  
post pas-  
tum ar-  
guit debi-  
tum, non  
validum  
Ventricu-  
lum.*

diatur calor ad me; & simulac me fa-  
lutarit, recurrens, tam exiguus, tan-  
tulam per moram mihi conducatur. Nec  
potius frigusculum illud ab alimentis  
transfusum mihi, ac continuatione re-  
liqua afficiens membra, vix etiam du-  
rabile; quia contactu meo mox jugu-  
latur & extinguitur; non vincere me  
protinus assumptorum impressionem  
coarguat.

Sed quid levicula hæc præ me fero?  
Satius particularia quædam Alimento-  
rum persequar, ac meritissima propo-  
sitione monstrabo.

Familiarissimus omnium veniat pro- *Panis ubi*  
mulsidis loco *Panis*. Hunc, modo *se habet*

*Sit tener, ac iuvens, mollique siliginè fa-*  
*stus.* *erga Ven-*  
*triculum*

Nemo ferè nimium mihi ingeri posse  
judicat: robur inde toto, nunquam  
nauseam: aqua cum citò solvi; à Spi-  
ritu etiam fermentali facilius penetrari:  
ablatâ hujus intermixtione nihil edu-  
liorum benè accipi: exhalare mephi-  
tim, ac halitu graveolere, eo abstinen-  
tes: non hunc, sed reliqua putere escu-  
lenta insalita; mucescere quidem, sed  
nunquam putrescere eundem.

Quibus quidem ego obmutescerem,  
nisi repletionem ex *Pane* quocumvis  
omnium pessimam deprehenderem:  
promptè quum imbibat humorem, ac

immixtum potum, crassefit, augetur, me extendit, & gravat. Tristiora mihi parat recens à cocturâ, & calidus, luctuoso scilicet flatuum, crassorumque vaporum tormine me fatigans.

At quam frequens ille mihi! Quam copiosus! quantum bonitatis sæpè deperdit ex coctura, & levitatis ab incongruo fermento! Ut in viliore tritico Lac candorem mentiri solet per fraudem Pistorum! Quid? quod assidui similagineri lentore ac dulcedine non parum affligor, unde fontem præparo ditioribus calculi, ac podagræ.

*Confusaneum* malim, cum fursuris aliquali miscellâ; *Biscoctum*, ac buccellatum, ipsumque adeò *Nauticum* præoptem. Fastidio tamen subdulcastrum ex milio, castaneisque frequentatum quibusdam *Gallis*: At per Annonæ caritatem quemlibet tolero. Qui Indis ex *Oryzâ* cogitur, consuetudine quidem non mihi perversus.

*Ustularia, placenta &c. se habens erga Ventric.* At jam ex farinis cum lacte, ovis, melle, aliisque pluribus subacta *Bellaria*, *libavaria*, crustacea omnia, scriblitas, pistillos, turundos, globulos, artolagans, *Placentas* varii generis, *Tortas* omnigenas, & quicquid cupediarum corruptissimo hoc seculo passim mensas occupat, an numero digna censeam? Scitamenta hæc *Gulæ*; in lautitias parata irritamen-

ta;

ta ; non mihi , non attritis adeò corporis viribus , sed palato inserviunt omnia.

Tam avidè autem vorata , increscente indies luxu , inventisque superadente inventa , quas mihi ubivis turbas ciant vix efferre possum. Nam in eo genere tragematum culina una eruditior altera videri vult : totusque orbis has insectatur delicias , pro gentium moribus , ac palato diversas. Ego gustatione mirificâ electissimorum horum perpetim flaccesco , & copiam suppeditante gulâ meo operi non subsisto : cujus ergò nutrimenti sint patescit , quum digerendo non superinvalescam.

Finitima his *Pulmenta* omnigena , nec non *Panatelle* tum *Vinariæ* , tum *jusculariæ* , ut solet non regionis , sed tujuslibet familiæ peculiaris apparandi modus esse. Omnium acervus nisi superemineret frequentissimè omnes disci ripas ; nec fatigaret ego molestâ horum voluptate , vix memoranda haberem. Quid faciam invidiam , contemptis iis , quæ urget propemodum bonæ mentis soror Paupertas ?

Dictis Cerealibus *Legumina* alitituo. Damnavit *Pythagoras Fabas* ; non ego sublatâ inflationis vi. Nec *Phaseolos* , nec *Ciceres* , nec ipsa viridia *Pisa* , sive the- Ut Legumina.

ribus iis veniant, cocta, srua, brodiil-  
que macerata rejicio.

*Vt Olera,  
& ex his  
Lactuca,*

Quæ macellum plebis depromit *Ole-  
ra* omnia nec omninò, susque deque  
habeo.

Innocentissimum horum *Lactuca* est,  
nisi in Anticrnio ad augendam vorandi  
aviditatem frequentata acetariis obtru-  
deretur mihi. Veterum postremâ illud  
mensâ vescentium laudanda prudentia  
est. Accrescente hominum luxu desuit  
esse bonus ille mos. Postquam ocepit  
promulsidis locum, vix prolixorum  
prandiorum reliquiis liberor. Impleor  
antequam expletus; fucatur orexis sub-  
oritura hoc acetario; Offensa ea mihi  
quotidiana est.

Hoc accidenti nativam suam gratiam  
deperdit hoc olus: Opplerus, alias bi-  
le, æstivoque pressus fervore salutare  
id invenio. Immixtus huic ex *Nasturtio*,  
vel *Ptarmicâ* fervor non improbam ad-  
dit temperiem: Coctum tamen me ma-  
gis exsolvit, & subvertit.

Sunt herbæ, sunt radices alix aceta-  
riis frequentatæ. Non *Intybi*, cando-  
rem, non rubedinem *Betarum* vitupero.  
Vix tamen fatuum *Atriplex*, ac subsi-  
dens coquo *Spinachus* præstant, quod  
promittunt. Embammata Acetosa gra-  
tas quidem reddunt escas, at nimis Gu-  
læ immoderatas.

An



An princeps Olerum Brassica sit, *Ca-* *Vi Bras-*  
*ponem* roga. Nimis ego deprehendo ès- *sica.*  
 fuse hâc plurimos illectos: Capitata in  
 acetariis, muriaque fermentata *Germa-*  
*nis* frequentatur quidem, & Tenocina-  
 tur palato eorum; at mihi tamen fla-  
 tuum, ac cruditarum author. *Cauli-*  
*flora* cymatis suis, tenebrioribusque cau-  
 liculis cum jusculis non incongruè mi-  
 hi venit Expansis tamen quæ est foliis,  
 capitata præhabeo vulgata.

Suus etiam in *Italia* *Portulaca*, ubi  
 æstuo, honos.

Et hortenses delitiæ Asparagi. mihi *Vi Aspa-*  
 robur afflant. *ragi.*

Nec vernos *Lupuli* turiones tempera-  
 re sanguinem inhibeo.

At *Cinaras*, vel *Artichoccos* dictos, *Vi Art-*  
*Carduos*, aliaque terræ portenta in ga- *chocci.*  
 neam ac luxum versa luget suo tempo-  
 re *Plinius*: Non licere veici carduis am-  
 plius pecori, non licere plebi.

Feruntne hoc ævo minorem luxum?  
 Cur orexin, cur robur aliquod debere  
 dicor illis, quod saltem ex miscella *A-*  
 romatum, ac vini haurio?

Nequidem damnatos suo succo *Ca-* *Vi Cucur-*  
*cumeres* respuit Gula. Quid? ut erudita *meres.*  
 est, etiam infantes muria conditos ser-  
 vat in alienos menses. *Cucurbitas* insi- *Et Cuc-*  
 pidas autem piperi, vel omphacio sub- *curbita.*  
 jectas etiam laudem à me ferre vult.

*Es Melones.*

Procedit ultra, nec quartum jamin-  
terfecisse Casarem *Melones* attendit.  
Tantam odoris, saporisque fragrantiam,  
licet in plurimorum malorum seriem  
mihi natam, an negligendam putem?  
eximi noxam posse superhausto vino:  
prandii auspiciis illis tribui, ut adven-  
tus melioris escæ obtundat malitiam.  
Sed rideo hanc prudentiam, & horri-  
bili symptomatum numero frequenter  
refello.

*Es Rapas.*

Omnium animalium cibum *Rapas*,  
quas fingit *Poëta* in cælo *Romulum* esse,  
suo merito jam produxero. Coctas, vel  
allas non detrecto, ut desinant ventum  
rapere. Utique tamen pluries ingestas  
mea sequitur aliqualis imbecillitas.

*Raphani.*

Jam *Raphani*, radiculeve quam innu-  
meris ructibus mihi laxant orificium?  
Hanc offensam meam quur dissimu-  
lem, nolint licet *Renes*? Inimicus mi-  
hi *Quercetanus*, qui quo vis tempore pro-  
nunciat salutes: à præsumptis ex-  
cluduntur quidem ructus, non meo-  
rum tamen suspensio laterum.

*Armoracia.*

Condimentum *Armoracie*, nisi par-  
cius, nisi temperatum, vix quoque  
tolero.

*Pastinaca.*

Extraho alimentum commodum *Pa-*  
*ca. Carestinacis*, ac *Carotus*, attamen easdem ut  
*ta. Siferes* & *Siferes* prædulces mox fastidio.

*res.*

*Allia.*

Quantus autem labor mihi ex *Alliis*,  
*Capis*,

*Cappis, Porris?* vix boni quippiam habeo *Capa.*  
 ab iis, nisi quum crassis viscidisque op-  
 pletus. Non æque tamen eadem dete-  
 stor, atque *Horatius*:

*Parentis olim si quis impiam manum*

*Senile guttur fregerit;*

*Edat cicutis Allium nocentius.*

*O dira malorum ilia!*

Fatua terræ *Tubera*; nisi piper, sal, *Ut terra*  
 aliorumque mixtura foret; nequidem *Tubera.*  
*Gula* vellet. Frustra ergo eam rogas.

Et ancipites *Fungos* per voluptuario- *Fungi.*  
 rum insaniam in cibum assumptos non  
 ne horream eloqui? Id tamen periculi  
 secunda luxuries suasit: funesta nihil do-  
 cent exempla. Quid? Glorietur *Italia*  
 in perniciem meam, quod toto anno  
*Fungis* vesci queat: suscitatur enim eos ex  
 lapide in cellis vinariis defosso.

Verum speciosis *Arborum Fimilibus* *Ut Fru-*  
 quam blandæ mihi subsint insidiæ, mon- *stræ ar-*  
 strare pergo. Fugaces, ni squalor ac *bori se*  
 æstus meus aliquando toleret, citra cor- *habeant:*  
 ruptionem non dimitto. Serotini atque *erga Ven-*  
 autumnales in secunda mensa vix etiam *tyentium*  
 mihi laudem debebunt: non suo sane  
 merito, sed molestiâ mihi parata ab in-  
 glutientibus.

Prædulciâ *Cerasa* Acidiusculis pal- *Cerasa.*  
 mam facile relinquunt. Quam gratiam iis  
 æstuans voceo, hanc copia omnem  
 deperdunt. Nullius noxæ tamen illa

cuni moderamine sumpta in simulo.

*Mora.*

Quod passim quoque in honore *Mora*, non est quod dolcam. At quod vacuus, tersusque non sum semper, quum eadem per æstum recipio, id me malè habet. Vix item absque angore tolero.

— in duris hærentia *Mora* rubetis.

*Fraga*,  
*Vaccinia.*

Licet nascantur humi *Fraga* & *Vaccinia*, cognationis tamen vicem clamant. Laudanda horum innocentia insidiis Gulæ corrumpi ut plurimum contingit. Sacchari, Vinique mixtura non improba reddit, at moderamen assumentium meo malo destituit.

*Aprico-*  
*zia.*  
*Persica.*

*Apricotis*, ac *Persicis* liberalius acceptis quid nisi malum non contemnendum debeam? Licet decorticata lautioribus vino madescant, nisi pleniorẽ insuccationem inde trahant, nihil est. Nequidem *Duracina*, acescere mihi desinunt, ac suavitatis gratiam pervertere.

*Pruna.*

*Prunorum* genere omni ex soly meum robur contingit; præcipue recentium; quin & siccatorum, ubi perpetuat usus. Quod ergo *Dioscorides* non *950* *101* *20* dixerit, quid refellunt nasutuli? Sunt pruna, quorum numero fatisco; sunt eadem quæ passim corrumpo corruptus.

*Mespila.*

Non autem *Mespila* dissuadet robur astrictorium, ut maturuerint condita? Licet enim gratiam mutuarint à saccha-

ro ac Cinamomo Cruda, vix cavelim.

*Arabibus* exosa *Poma* non laudi, non *Poma*  
vituperio mihi sunt: intemperans modo  
ingurgitatio abscedat. Reservata in  
deposito meliora à matre recenter de-  
cerptis: exitum id probat flatulentia  
vitium. Sed non continet se uno vel al-  
tero Gula insidiosa. obrui soleo. hoc  
fructus genere ad corruptionis usque  
terminum. Nolim tamen vitio uren-  
tum malè audiant *Poma*. *Cortipendula* eaq;  
& *Acidiuscula*, tum cocta, tum assa-  
prafero.

Numque *Pyrorum* gratior usus, deter- *Pyra*  
minare meo malo non libet. In Cho-  
leram, similemque lapsum haud raro  
me conicere. Non oneror tamen de-  
coctis: nec denego gratiam assis, sicca-  
tisve, valentius his dulciusculis, mo-  
scelatellinisve extraho nutrimentum.  
Omnia autem in secundâ mensâ reno-  
vare per damna solent famem: Ut etiam  
colici dolores, & angores advocatio-  
nem meam obtinere nequeant, licet  
ingruant jam jam. Non præbent aures  
melioribus dominis voraces: & ne his  
quidem.

Nunc autem *Cydonia* mea etiam præ- *Cydonia*  
teriri verentur. Quod succrescant ro-  
bori meo; quod pulpam in varia lan-  
guorum meorum auxilia produxerit.  
Natura parens; quod etiam ab arte se-

lectissimos trahant usus: Itidem plura non denego, quasi mihi absentivus. Ne tamen totum me sibi spondeant, & saccharo & Cinamomo, passulis, aliisque mixtis partem gratitudinis exquirunt. Nec ab his exulant insidiæ Gulæ: adeò equidem nihil habeo, quod non contamineat.

*Citra.* *Arantia.* Audet & *Citriis*, *Arantiis*, *Granatis*, tam pulpâ, quam cortice mihi non inimicis ab usum rogare. Suavissimum succorum horum intinctum habere mihi in delitiis securè non licet. Stipantur convivia passim his fructibus vino, saccharoque delibutis. Nec suavitas mandendi finem invenit periculo, jacturaque mea.

*Ficus.* Delectamenta *Platonis Ficus* promptè quidem me permeare solent superhausto vino: laxant nihilominus aliquousque: At *Caryce* nucibus, amygdalisve mixtæ non item.

*Uva.* Uvis quod recentibus turber, & infler agnoscit quilibet, nec tamen abstinet. Pensilibus ventilatio innocentiam quidem infert, at Passulis majorem conditura. Non habent sanè voluptuosi ab his ea tormina, quæ à recentibus suo merito. Quum autem ego mihi spondeo ab illis robur, folliculi ac nuclei, vel acini sæpè negotium facessant.

*Nuces.* *Juglandes*, & *Avellana Nuces* nunquam non

non mihi difficiles. Siccæ tamen per oleaginem magis damnosæ recentibus: Improbis autem vetustarum rancor intolerandum in morem me fatigare solet.

Recentibus *Amygdalis* etsi nihil mali *Amygdala.* imputem: dulciariorum scitamenta vel saccharo ea incrustantium, vel quovis modo condientium, & apparantium, damnum tamen mihi creant.

At *Castaneas* crudas, alias, elixasve *Castanea.* quam difficulter superem, qui suasero? adaugent laborem redundantes flatus, præsertim imbecilliori mihi. etiam vegeto labes à crasso hoccibario, quum venit ad satiem. At quibus equidem ita non venit? Suadet omnibus dulcedo & parabilitas copiam. Tutiores quidem reddit butyri, salisque mixtum modicum, attamen etiam gratiores. Non displiceret, nisi luxus cura ea foret.

Nec indictæ sint *Olivæ*, quæ vel muræ, vel oleo innatant, pessimum scilicet nepotum inventum illud ad invitandum luxum. *Oliua.*

Digniores quidem mentione forent *Cappares*, quod nôrint apprimè tergere *Cappares.* latera mea, nisi & iisdem nimium imperaret Gula. Et quoniam nunc Condimentis locum dedi, ad alia pergere liceat.

Roscidum *Mellis* cœlestique genium *Mel, Sac-*  
 F 7 *varios charum.*

varios sustinet abusus. Ex crudo flatus colligo; ex cocto etiam bilem; absque hoc & Saccharo tamen nil ferè. Gulæ gratum. Non sapor ullus, quem non adulterant; non obsonium, quod non pervadant mixta: nullius genuinus remanet usus, quem non variant. Etiam fatua plurima hujus dulcedine imbuta mecum litigant.

Carere malo meo sæpius possem, absque horum foret fucio, mangonioque: nunc adulterante gratiã viam parant omni offensa.

Falsi tamen insimulantur, quum putredinem ad verminationem mihi vel interaneis causare dicuntur. exsiccans horum est dulcedo, levis acrimonia, calorque, omnia putredini resistentia: Nunquam quidem Vermes procreasse, sed versa in bilem memini.

*Sal.* His finitima *Salis* gratia, quam totus clamat orbis: Scilicet quod solus.

— *Cum Sale Panis* —

• *Latrantem Stomachum bene leniat.*

Quod omnis vitæ lepos in eo: quod invitet omnium esum, excutiat mihi torporem; arceat putida; resiccet superflua: Quin pernitiõsa hæc persuasio fascinavit quam plurimos; cuncta admitti posse, modò micam salis trahant; nil linqui esui ineptum illius beneficio.

• *Coëgit olim ingeniosa Gula ipsum ad Gari,*



*Gari, alecis, murieque* liquorem tabescere, ut etiam abijciendum piscium inre-raneum, saniosum exquisitus foret li-  
quor. Nunc nequidem vetustissimis *Salsamentis* eius negatur, & pleraque  
tam piscium, quam carniū ex diutinā  
saliturā quotidiana habeo. Proh nefas!  
quam confusus virium sum ad expu-  
gnandam horum pertinaciam! ut laba-  
fico sensim!

Nec mixtura *Sinapios, Mustarde* suf- *Mustar-*  
ficit meo emolumento: multoties ma- *da.*  
jori, maleficio id est condimenti genus,  
nullo non tempore plerisque socium  
eduliis exceptum: Quum bile ex astuo,  
sanè inde malè habeo. Et licet aliquan-  
dò jucundiore instinctu edulcoretur,  
quomodo interim omnia dura, quæ Sal  
& fumus pervasit, reddit superabilia  
mihî?

Sed sin in angorem cadam, vim spi- *Aromata*  
rituosam *Aromatum* me indubitato affi- *ut affi-*  
cere & erigere clamant. *Piperis* calorem *ciant*  
acuminatum, & exturbare superfluum *Ventricu-*  
viscosumque mihî *Tartarum*: & sin *lum.*  
respuam hujus promptitudinem, mi-  
nus penetrare *Zinziber*: pinguiora au-  
tem *Caryophylla* cruditatibus diutinam  
facefcere pugnam: & istis quoque tem-  
peratius *Moschatam nucem, vel folia* ejus:  
omnium interim jucundissimè *Ciama-*  
*num.*

Non

Non audis me has diffitentem vel recusantem vires : industriam Gulæ in apparatu horum promiscuo saltem culpo : peculiates his nollem delicias sine moderamine expromptas : *Germaniam* & universam *Septentrionem* me Aromatibus excarnificare doleo : & id me male habet, quod absque creberrimo pipere ac fale, dignis scilicet Bromio facris, nihil ferè Gulæ placeat : huic enim gratificantur incendiarii mei.

*Acetum  
& Omphacium.*

Nunc autem ex alterâ parte stant, qui *Aceto*, *Omphacio*, aliisque expetunt acorem ; strenuis enim hisce stimulis Spiritum meum fermentalem afficere tentant. Hi sanè beneficium, quod sobrio acidorum usui debeo, evertunt copiâ.

Non sunt semper angustia meæ ita positæ, ut velint acoris solamen. etiam quandoque otio grato occultis supplico suspiriis : & nimis potest esse *Achilles meus Spiritus fermentalis* : vitio senectutis, vel alterius noxâ cibus

— *Morsio fraudatus Aceti*, non displicet.

Sic infixæ a versatio eorum, quæ alias prolixam spondent promuntque suavitatem. nolim enim ambri copiam, quâ obruar imbecillis.

Sunt quamplurimæ aliæ modò natæ nova per inventa mixturæ, & conditura,

ra,

ræ, quarum quia tam variat numerum impotens mortalium libido, etiam computum mihi reddit impossibilem. Omnibus utcumque speciosis sub gratiâ ac dulcore paratum mihi latet damnatum. Sed à Condimentis transilio ad alia.

*Carnes* Animalium sunt, quibus unis hoc elogium est, quod præ Plantis multumque, & validè nutriant. *Damnata* quidem innocenti seculo erat *agropala*, sed hodierno nil receptius ea. Nec possum omnem perversum usum carniū exprimere: tot discrimina, tam varia momenta in habitu, sexu, ætate, pabulo, præparatione, & ipsâ Animalium specie.

*Carnes Animalium us conficiat Ventriculæ.*

Scrupulum habendi delectus non revoco, quem supra egerandum sincerè volui. Interim pinguedinis copiam licet sapidam fastidio; nec evinco facilè, quod durum, ac senio nervosum est. Quinimò maribus non nisi castratis femellas posthabeo: serinisque minorem excrementorum proventum elicio, ac domesticis: & in montibus, dum eris que pasta invenio salubriora præ iis, quæ in palustribus ac uliginosis alta.

Libertatem equidem non demo in assis, vel elixis; & quâ simplicitate vel mixturâ veniant brodia, non ad eò discerno. Sin assa plus nutriunt elixis, quia

quia substantificum suum, propriumque reservârunt humorem; horum jura succulentiora non ingrata habeo, elixis quoque carnibus extraneum liquorem exprobro nullatenus.

Non urget me proprietas cujuslibet, ut speciem animalis designem, sed abusus. Cui ascripsit quinquaginta saporibus. *U. Suillam.* *Plinius*, *Suilla* etiam nunc numerosa ganeæ materia est. Sterilem quidem *Suis* vulvam conditura *Aspitii* destituit, sed honorabiles *Perne* jam unæ gentium variarum cupediæ sunt, præsertim *Vestphalæ*, *Hispanicæque*.

Et quas non luxuriosæ species subit *Laridum*, indignè ab aliquibus robori meo dedicatum? Quin assi totius *Succuli* veniunt, quorum flaccidam tamen, & mucosam carnem vix sero.

Omnem *Suillam* lentor viscosus, & excrementitius polluit ingratis. nisi exercito laboribus corpore lateam, non habeo vires ad exsuperandam eam frequentem valentes.

*Bubulam, Hircinam.* *Bubulam*, *Hircinam*, & quicquid aliarum crassarum ipso gravaminis mei sensu proderet soleo: tantam teneritudinem à Salis maceratione non trahunt, ut vincere earum copiam, vel frequentiam debite possim.

Sin delibare, non satiari his tam duris, siccisque vellet Gula, ne hiscerem qui-

quidem contra: at non continet se terminis debitis harum esus, eoque acerbe me habet, ad fumum duriores, vel sale perestas diutius, ut ad genium quarundam regionum frequenter suscipio, ita nequidem assuetus, nisi lente admodum conficio.

Strenuam tamen opellam pauperibus exercitus non subtraho; Soleo enim obdurare consuetudini, ut omnia ad hujus normam cogam.

Jam autem flagitium admitti in esu tantâ *Kitulinâ*, *Hædinâ*, *Vervecinâ* ausimne effari? Quibus quidem tam salubribus tota Diætariorum cohors me non gravari aut unari. Juscula equidem earum cum infriato pane etiam Aëgris cibi, potusque vicem absolvere volunt.

Nempe ergo *Kitulina* à partu non remotior, sed adhuc lac matremum spirans nequidem lentore suo ac mucosificat mihi? aut *hædina* pabuli experta? aut *vervecina* gratia nequit exolescere? Nempe ergo non omnes damnat frequentia?

*Ovillam* excrementosam ac mucosam, etiam viscosam, spumofamque *Aguinam* eodem censu censeo. Vellem equidem dari cibum perpetuâ innocentiam candidum: vellem etiam exquisitissimis eduliis ex carnibus quibuscumque paratis non frangi vires meas. Sed velle illud

Vi Vitulinam.  
Et c.

177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190

illud quandoquidem obtinebo nunquam, non possum ferre quod specioso salubritatis titulo occultentur amplius mea damna.

Quid subornantur in odium meum decantatæ Carnes salubres, quasi non habeam alias minus probatas in sacra mediocritate gratiores? Et assa *Agnina*, & *Bubula junior*, juvenicque *Spadonis* elixa nolim susque deque habeantur.

Sane fictam scenam illam, quâ salutilitatur, omnium studia destituunt. Quas non ornat mensas etiam exsiccatae bubulae rubor caeruleis parum variatis lineis? Quis negatur honos costis bubulis, carne opertis, & pinguedine humectis?

Nonne *Ferine* quamvis durissimæ *Cervorum*, aliorumque tam tostæ, quam crustis in pastillos inclusæ geniales decorant cœnas? Jam armos ovillos, jam minutalia ex carnium harum reliquiis? Quæ ergo dementia est rejicere has vel illas carnes, & alias velut neutiquam mihi obfuturas collaudare?

Quâ non infamiâ laborant *Leporum* carnes, *Cuniculorumque*? feris tamen præsertim illis, ac tenellis non ima inter cupulas debebatur gratia. Jocus est, fateor, poeta ludentis, quod dicitur,

*Inter quadrupedes gloria prima lepus:*  
& quod floridum faciei colorem astituat, nescio.

Non

Ut Leporum  
cuniculorum-  
que car-  
nes ferat  
Ventricu-  
lus.

Non tamen elucescit, quod solum melancholicum, & atrum exhibeat succum. Fidei fluxæ argumentum coloris est. desidia, sanguinisque crassities non urget magis leporem, ac aliud quodvis animal minus exercitum. Ejus acrobolia in nigredine piperatâ latentia si turbas mihi cient, non imputent, quæso, Lepori, impudenter, sed Gule suæ. Quid autem attinet de hâc ignominiâ plures logos funditare, siquidem jam totas turbasset familias melancholia, quibus quidem ego nil frequentius accipio ac Leporinam.

Cæterum *Avium* carnes coctione facilius expedio atque *Quadrupedum*: ast ubi otiosis, non adeo labore exercitis congruum elicere debeo nutrimentum. Olim tantum altilium Avium appositum memini, ut à cluniculis saturarer inferioribus; sordere alias inopiâ convivium æstimabatur. Nec hodiè sub lautiori *Gulâ* quicquam frequentius accipio.

*Avium*  
Carnes ut  
coquas  
*Ventriculorum.*

Non tango autem in Avium genere differentias ab ætate, victu, loco, cœloque; saltem luxum, & ubertatem conqueror. effœta sanè Veterum durities me spernit. exclusum recens pulorum genus mucosum nimis & excrementosum deprehendo: ætatis humor nativam tamen compensare siccitatem solet.

Car-

*Carnivoras*, gaudeo, quod nemo prudens mensis adhibet. Odore cœni, & algæ me infestant, quæ non frugibus, sed aqueis collectaneis vesci solitæ. Et sagina catceris atque otii mihi insidiosa est.

*Gallinaceum genus.*

Ut speciem habeas; *Galline* inter edules loco principe dignantur suo merito. Carnem tamen earum ætate provestarum, ut & duriores *Gallorum* vix pertinax elixatio mihi bene præparat.

Vincit innocentia *Pullorum gallinaceorum*.

*Spadones Crato interdixit podagricis.*

Ridicule *Spadones Crato* interdixit podagricis; quia percepêrat scilicet ipsos podagricos.

*Arabes, quâ ratione expunxerint ex albo salubrium Columbas.*

Viderint quoque *Arabes*, quâ ratione expunxerint ex albo salubrium *Columbas*.

Consimiliter *Meleagrides* & *Galli Indici*, *Phasianive* non rejiciendi: Sed quod nimis alto deliciarum fastigio confederint, lugeo.

*Pavonum* carni duræ, ac Fibrosæ Aromata non eam indunt teneritudinem, ut facilis mihi evadat.

*Perdices.*

*Perdicibus* quidem primatum non derogat: nondum tamen percepi, quod à corruptione me vindicare norint.

*Gallinagines, aliasque aviculas.*

At *Gallinagines* cum interaneis assas, inque suo fimo commestas quid effectam? Summa *Gula* hæc in me tyrannis est.



est. Carne durâ, nigrâ, palustrique affligor earum : Sed quod stercorea accedat voluptas in mirabile delectamentum, & sordidam ingluviem summè abominor.

Quod *Coturnices* concernit, non quia veratro vesci solitæ, sed quia adiposa me gravant saburrâ, exosas habeo.

*Turdus, Merulis, Alaudis, Ficedulis,* aliisque *aviculis* nihil imputo.

Verum pertinax *Anserum* ac *Anatum* *Anseres*, caro fastidioso mihi algæ odore displicet, & officit : fumo tamen saleve perlitata magis. Sanè frequentia ejus ad incitas redigor. *Anates.*

A vitii generis *peculiariva membra*; *Ala* *Quomodo* cæteris excitatiores, eoque mihi acceptiores, facilioresque. Trunculi reliquorum animalium vel elixi, vel acetati lentore mihi obsunt. Sanè non possum me promptè expediri à nervosis, cutaceisque similibus. *Partes animalium coquas Ven-triculus.*

Minus quidem destruunt vim coctricem meam *Suilli pedes*, ac alii; mucus tamen, crassitiesque eorum negotium mihi non leve facessant.

Sed quam variis modis mihi venit *Lingua*, & quid non licere sibi in eadem putat *Gula*? Non ego quidem carnem hanc mollem, ac fungosam diffamandam jubeo, nisi nimis delitiose apponeretur : nimium suadent prædulcia condimenta. Jam

Jam verò *bubula* servata in annuos usus pensilis? quum sali ac fumo debet duritiem, exhaustique iisdem irritamen ad sitim ac orexin; quum jucundiores vini haustus promittit, ac præstat, valdè mihi insidiatur.

Sed *Glandula* propè collum vitulis extractæ, lacteoque conspicuæ colore quid veniunt? tamne æstimabilis innoxia harum teneritudo?

Quid nunc *Cerebrum* animalium omnium? hoc tam insuperabile mihi, tardè permeans, nauseabundum, ut ferè me subvertat. Ne ipsa quidem aromata excrementitiam & unctuosam ejus naturam benè temperant.

Jam quam abominandum, quod ne quidem *Zestibus* adeò virosis abstinenceatur?

Ipsas obtusas instar terræ tubercum Cristas, vario conditas luxu accipere soleo.

Quin raro quoque mihi fit gratia, si non habeam ingestos *Renes*: non permeanti sero, lotiove debita succi pravitatis, non virus in veteratum horrorem incutiunt.

Ex vicinia saltem quod *Lien* me non subeat, gaudeo.

Concreti sanguinis instar *lecor* assum, vel frixum semper difficile habeo.

Et *Pulmo* spongiosis, insipidusque invisus mihi.

Durum

Durum fibrosumque *Cordis* corpusculum non deponit faciliè regiam suam constantiam, licet etiam frustillatim comminutum fuerit.

Nunc verò an *Ventres*, an *Intestina* reliqua digerere queam? gravis injuria est, quâ vix apud me sum. tentarine nervis, tendonibus, ac membranis debebam? Sin deliquissem ad mortem usque, nullum pejus facinori supplicium foret.

*Quomodo Farcimina, Salcizia &c. conveniant Ventriculo.*

Eheu! infarctorum intestinorum copiam quam non habeo? ut frequentes *Botuli* ex sanguine, adipe, cum aliorum miscellâ? ut ex *Suilla* concisa, *Sale*, ac aromatibus concinnata *Lucanica*, *Tomacula*, *Apexabones*, *Longanones*?

Quid nunc cætera *Gulæ* irritamenta, olim *Isicia*, nunc passim *Salcizia* audita? Quomodo possem subticere delicias superflue sitis ac orexi saltem litantes? quibus *Suilla*, vel rarius *bubula* haud avarè interstinguitur variis condimentis.

Et ego tantis cupediis, vinique stimulis excarnificor, dum intacta sese subducunt mihi, postquam saltem innatârint. Reverâ invenit ætas nostra in hisce,

*Quod miser, & fugi non fecit Apitius unquam:*

forfan futura secula habebunt, quod mirentur.

*Ova.* Ad *Ova*, ego progredior inter *Απειρα* præcipua, & frequentia; mehercules etiam meo sæpè malo concepta: non enim tremula vel sobilia semper indispiscor. etiam dura ac vetusta facessant negotium.

*Frixorum* quandoque mihi odor intolerabilis est, ac nidor. Quis tentare dignatur putamina, ut exploret? nequidem projici solet totum, ubi pars jam in pullum coisse visa.

Impurus quum sum, corrumpere quoque recentia soleo.

Non est tamen piaculum sub febrientis Cordis æstum ingerere mihi *Ovum*. Nec ex albo ovi licet duro protinus calculosam gigno materiam: frivolus ille, ac popularis error est.

*Lacticia.* Confinia Ovis *Lacticia* sunt: numerosa ex his dapium moles: sed & promiscuè vefcentibus malorum ilias.

Acescit mihi frigidus *Lac*; æstuans nidorosos illi extraho fumos: promptum me coagulum strangulat, & vomitum, choleramque procreat.

Quid numerem singula? vix quum gravor summè, quum tardius procedit coctionis meæ labor, & anxietate perfodior plurimâ, subyenire solet horror lactis.

Tolli nidorem, ac corruptelam salis, sacchariye mixturâ; acorem & coagulum

lum aquâ infusâ occlamant Scioli: detracto butyro *Lac* aquosius minus esse noxium: etiam bubulum ad temperiem laudatissimi Asinini optimè reduci aquâ admistâ: Magnorum id consilium *Medicorum* esse. Pessima hinc invaluit conclusio, superhaustum lacti vinum illud abluere à Jecore; sic occulta mea mala alieno excipiuntur titulo.

Quin vino coagulatum & in serum redundans *Lac* exquisitus *Angli* potus evasit, *Possetum* dictum. Quid? etiam in symposiis pomeridianis ubi infarctus lactariis, inundari vino soleo: nec terminant hæc à lacte miseræ meæ modum.

Plurima ægritudinum feminaria offensa putredinis subministrat. Ex fœtante vel enixa bove collecta sordida *Colostrâ*; ganconum exquisitæ delitiæ quid non in meo cavo muginant? scilicet hæc prima à partu spongiosa Lactis densitas ex hisce cuiquam abominanda? nolit sanè delicata *Gula*.

Saltem hodiernum ignorantiaæ beneficium est, quod *Oxygala*, quod *Melcâ* veterum non obruar. Supplent sanè vicem alia commenta: respice caput lactis, *Aphrogalam*; plus liquido constat in plures eam cogi formas, ac olim, quod verò laxet isthæc pinguedo & os, & tonum meum omnem, neminem tangit vel angit.

*Butyrum.*

Sed peculiaris *Belgarum* cibatus *Butyrum* gratiosam ac benignam subit vicem olei : Ne hisco quidem contra nutrimentum post panem, ac vinum summè laudandum. Saltem indignor, quum supernatat copiâ, quum nauseam mihi parturit, ac bilem.

Ex corrupto in ventre vitulino lacte *coagulum* prognatum per putredinis acrimoniam ac calorem deinceps alienum, dispersere solet ipsam lactis substantiam. Ita quidem contingit.

*De massâ lactis mihi fercula mille parari.*

*Casus.*

Hinc *Casus*; tam exosus *Medicis*; non mihi verò, modo per avaram veniat manum. Et erigere quandoque spiritum meum fermentalem & languidum me recreare noyit; Quinimò fermentationis actum egregiè promovere.

Per vetustatem acrior, quidem difficilior mihi fit. Ergò quantus error melioris partis Mortalium ex vetustate & acrimoniâ casei nobilitatem colligentium? Quid? quod nequidem etiam dependeat bonitas ex pinguedine, & densitate: qualibus tamen notis in gratiam *Gula* formatur ubivis iudicium.

Sic quo quisque vetustior *Casus*, eò expetibilior. Sin putredine diffuat, sin subsultim scateat vermiculis, *ambrosia* instar *Gulonibus* amplexum videas. Jam *Placentini*, *Brixiani*, & *Batavorum* infiniti

alii

alii, in quibus omnibus fundus lautitiarum reponitur?

Sed ne diutius nos habeant ea quæ ex terrestribus, visamus *Aquatilia*, quorum inexhausta copia macelli annonam egregiè remittit. Non est pollucibilis, ac dubia cœna, quæ non scateat squammosi pecoris præda vel marina, vel fluviali. Nec soli *Carthusiani* in *900* diei queunt, licet bellum indixerint carnibus: perditum *Piscium* luxum adauget ubi vis nepotum frequentia.

Ut Pisces  
conficiat  
Ventricu-  
lum.

Scire tamen iuvat non indiscriminatim conducere *Pisces*. Laboriosis expedit solidioribus: Sedentariis ac studiorum amœna sectantibus vix *piscis* frequens utilis est. Gentium consensus, factor, fidem struit modicæ salubritati. Sunt etiam in quibus solis piscibus salubriter ætatem ago. Et circa promontorium Bonæ spei *Æthiopes* panem non nisi ex piscibus Sole siccatis confectum mihi ingerunt: Non illaudabile etiam his alimentum extrahere possum. Cervicosus ergo nimis sit, qui ex salubrium decuriâ piscem omnem expungat.

Attamen ubi pituitâ obseptus torpeo, ubi bile scateo, vel alias exsiccans victus ratio ex usu est, noxam mihi affricat *Piscium* esus: quin & sitis ab iis invalescit; quatenus vel ex corruptis

calor exæstuat, vel salis ac aromatum conditu ad humiditatis castigationem adhibito exsiccantur fauces.

Quid ergò pisce concoctu nimis contumaci maceror? Cur lacustribus, limosis, ac inertis victitantibus aquâ degavor? Cur maris falsedini humorem omnem consumendi ascribitur potestas?

Sin marinis bonitate inferiores fluviales, certant cum iisdem, qui è mari fluvios subeunt. Quo quisque tamen omnium pinguior, eò contumacior mihi, ac gravior piscis est. Sint saxatiles, sint littorales, sint pelagii, omnium ego noxam percipio.

Pars piscium, quæ ad caudam est, fa-teor exercitator, eoque tenerior æstima-nda jurè; sed pinguior ventris in me fluitare, & durior æquò pars dorsi esse.

At quis hoc *Ganeæ* peritis suaserit? Sin consulas vel roges *Gulam* omnium, in alio invenies eam sensu. exactos vult pisces salubres à lautiorum mensis: pin-guioribus studet: & si qua luxuriet ar-vinâ, eam castigat aromatibus, quasi tum putredine non tentetur. Remedium sali, cæpis, aliisque exigit, ne ni-mius exsurdet appetitum humor.

Subscribit equidem apparandi cura luxuriæ, non mihi prospicit. Promi-scuus assis & elixis dicatus usus. nec mol-



mollities, nec friabilitas bonarum amplius notarum loco sunt. Ita quidem triumphat subtilitas & gloria *Gula*.

Sin qua impendet noxa, superhauritur vinum; sumptis ficibus vel nucibus emendicatur auxilium. Sic sani, sic ægri ad pisces ablegantur, ut cibum levillimum.

*Passeris, Solea, Lingulæ, ac Rhombi* Us Passeres, Soleas, Salmones, &c.  
 caro candida, succulentâ, ac facilis quia est, nunquam nimia venire posse censetur.

Regius ex pingui *Salmonæ* cibus & delicatissimus auditur. Licet me frequens debilitet & gravet; etiamque plusquam sale vel fumo servatus.

*Tructarum* adverso torrentium impetu fatigatorum delitiæ; castigatius scilicet sumentis nimis mihi pingue, viscidumque manet omnium calculo.

Etiam in *Lampetris* ac *Muranis* non est Us Lampetras, Anguillas &c.  
 suspecta pinguis teneritudo. Sublevantur cupediæ hæ operosa plurimorum diligentia, & pretioso adornato funere: Obturantibus septena foramina gariophyllis, & suffocante hos pisces vino; sed quantis ganæ incentivis?

Ne quidem pingue *Anguillarum* gluten, quod non clinicis saltem, sed & causariis interdendum erat, pullatus scilicet ille cibus fastiditur, sed ex sale, salvia, aliisque gratior fit.

*Cyprinus* vel *Carpa* cœnofus, præpin-  
guisque quantis in delitiis?

Candidissimus *Barbo*, licet metor-  
queat ovis suis, nemini abominabilis.

*Sturio* vel *Accipenser*, licet genitus  
mari, ac amne nobilis, ægerrime à me  
conficitur; nihilominus singularis in  
quorundam Afotorum mensis pompa  
est.

Vix *Percas*, *Lucios*, *Fundulos*, ac *Gobios*  
haberem memorandos; nisi ætas; ma-  
gnitudo, exhaustum cloacis ac cœnosis  
locis alimentum facerent.

Lutosis *Tincis* ne ea quidem gratia sa-  
poris inest, ut velit eos libenter *Gula*.

VI CRU.  
Stacea  
amnia  
Verum quibus dedignabor verbis  
*Squillas*; *Locustas*; *Cancros*; *Astacos*; *Gam-  
maros*; totumque crustaceum genus?  
Quibus item coxas *Ranarum*; *Cochleas*;  
*Limaces*que quamvis in vineis & circum-  
sepes repertos?

Hinc alimen conveniens Hæcticis,  
Tabidis, Macilentisque omnibus expro-  
mere possim? tam duræ carni imbecil-  
lis ego? tam immundis non incorru-  
ptus ego? Validissimo mihi plus satis  
negotii facebant. Etiamque iteratæ e-  
lixationis jus glutinis plus elicuit, ac  
ego tolerem. Pascua sæpè facta ac cor-  
rupta illis sunt; ut stultos rectè judicet  
*Cardanus* temerè hoc periculo me ex-  
ponentes.

Nunc

Nunc verò inertissima illa *Ostrearum* Vi O-  
 ac *Musculorum* caro ut limosam mihi in- streas,  
 fert gravitatem? qualis mea anxietas  
 ex crudis, etiamque tostis? & licet  
 elixa falsuginem deposuerit in humo-  
 rem, num idcirco mihi superabilis? Præ-  
 clara illa *Gula* scitamenta, *Ostreas* præ-  
 fertim *Britannicas*, quibus palmam no-  
 stra tribuit ætas, nullis condimentis to-  
 lerabiliores indipiscor: Semper earum  
 difficultas atterit vires meas.

Fermè oblitus *Asellorum* fueram, Pi- Vi Asel-  
 scium tam frequentium. Hos sanè tam los,  
 minores, quam majores, friabili ac mi-  
 hi facili carne suspicio sine modicè ve-  
 niant recentes: Inter Saxatiles rum no-  
 mine digni.

Qui verò satis dolendam exprobra-  
 vero copiam salitorum, ventove sic-  
 corum? Reverà etsi benè fustibus tusti,  
 macerati, elixi, conditi apponantur,  
 nisi insigniter valens vel asuetus, im-  
 mensum debilitor. In quanto saltem  
 modicos haberem, nullo supercilio in-  
 sequerer: Verum hinc fundus miseria-  
 rum mearum.

*Haleces*, *Sardas*, *Encrasicholos*, *Ancho-* Vi Sal-  
*ves*, reliquaque *Salsamenta* ut feram, ro- samenta  
 gas? Omnium dextrum non nego usum omnia.  
 esse posse. Mordaci & acri vi extergeor  
 quandoque. Fermentum præstant Spi-  
 ritui meo, ac naturæ meæ amicum.

Non laudo tamen quod ad eò stimulent orexin; nec velim copiam vel frequentiam.

Frustra ergò illi sunt, qui *Salsamentis* quamvis maceratis tale bellum indixere,

————— *velut illis*

*Canidia afflasset peior Serpentibus Afris.*

His, ut omnibus, absit abusus; cujus mala singula non numero, ne iliadem texam.

*Vi Botarcham, Caviaro?* Num dignabor ulteriori nomine *Botarcham*, & *Caviaro*, quorum cupidine ad insaniam plurimi exardent? illam ex ovis mugilum, cruore sali mixto, paratam; hanc ex Sturionum stipatis in massam, & coactis: quibus quidem laus excitandæ appetentiæ, & nauseantis mihi auferendæ pigritiæ viget.

Hoc sine mortalium vasframentum sarcasmo meo dignum, & contemptu, quod nulli usui, nisi luxui inventum ac natum est? perderem horas: siquidem non nisi proceribus *Gula* arridet, quibus ego cloaca.

Ex enumeratis eduliis non optima quæque me habere incontaminata, aut sincera docui. Nec novus ego *Aristarchus* destinavi Cornietum oculos configere: Saltem moderamen obtinere possim: etiam in iis, quæ de meliori notâ.

Nunc

Nunc sanè in omnibus pervertit *Gula* pulcherrimum salubritatis cursum : Nam absque scrupulo salubrioribus abusus in quanto exporrigit. Quid ergò juvat pressius singulorum argumentum persequi , & rejectum meritò nimium ciborum delectum revocare ?

Potius quædam de *Potus* memorare pergo. Necessitatem *Potus* solidiorum ciborum melior in me mixtura , liquatio , ac fusio , non sola eorundem distributio ponit. Non solida cuncta æque permeat Spiritus meus , ac Potu liquata : promptius item eadem mareescunt , ac flammam concipiunt absque liquore.

*Uti Potum intermissum cibis velit Ventriculus.*

His ergò usibus innocenti Orbis infantiâ sola inserviebat *Aqua Simplex*. Successit post inventum *Vini* , donec etiam *Aqua* ebrietatem edocta est , & infinitis adulterata ingeniis.

Cæterum sensim ac modicis interval-  
lis Cibus superinfuso liquore macerandus , ne nimio scilicet fluitet , sed moderato madescat potu. Et tolerantia mea cuius securissimum bibendi modum præscribit.

Verum , proh dolor ! omne etiam circa *Potum* in præcipiti vitium stat. Jugiter ille quidem plerisque continuatur. etiam ubi coctionem inchoavi , eo interpellante fatigor , turbor , & serius , minusque exactè munus meum exse-

quot : hinc inorborum seminaria.

Quin primo mensæ accubitu ab ingurgitato avidè potu prolui latera mea sæpiculè sentio : unde postmodum fluctuare cibum contingit. Non reluctor quidem libenter semel assumptæ bibendi *Consuetudini*. Nec malè propè cœnam elui celebratæ coctionis reliquias, quæ forsan adhærescunt, assero.

Verum quod per affluxum *Potus* continuum os meum sinistrum fermè neutiquam exactè claudi possit, id est quod conqueror. adeò autem ille mos viget, quasi id unum omnibus cordi esset, ne non ego malè habeam.

In omnium ore illud *Plinii* est : dimidiatam periculi partem esse noctu, id est, spe somni bibere : somnum despumandæ vinolentiæ adjutamentum.

Quin animis plurimorum insedit hæc falsitas, sin clauso, non hiante ore dormiant, os mihi sinistrum claudi quoque, & coctionem stabiliri : hoc dormiendi more vitium continuati potus benè abscindi. hianti verò in somnum lapsis ore expirare fumos, & fuligines.

Longè fateor graviora *matutinum* circumstant *Potum* mala. Aquâ lymphidâ, vel Cerevisiâ tenuiori me aliquando purgari, ablui, & humectari, non indignor. Sed jejunum me, vacuumque impleri haustibus largis *Vini absynthitis*,

*Hispa-*

*Ut Mat-*  
*utinum*  
*Potum*  
*velit :*

*Hispanicque*, aut fortioris *Cerevisia*: sed ipso *Vini spiritu*, aliisque generosioribus ingurgitari, non possum subicere injuriam.

Sin pitissatus obiter me salutaret potus, quem ab ipso *Vino*, vel aliis putidis expressit ignis, utcumque equidem cum salubriter ferrem. Nunc autem *Germania*, *Belgium*, omnisque *Septentrio* indefinenter eo me extendit, repletque, ut missa in caput æstuanti caligine furibundos mox & in somnum pronos reddam.

*Ut Spiritum Vini &c.*

Sic solvitur robur meum; sic laxantur & enervantur latera mea; sic incresco totus. Quid autem *Nervis*, queis circumferor? quid *membris*, queis integor? Quam perniciosum à subtili hujus spirituositate luctamen, dum servet ad insaniam studium exhauriendi?

Me sanè inimicus ille haurit ignis: me inflammatorium invadit mare. Ego ab insultibus toties iteratis defatisco; ego immorior. & ne quidem moriens misericordiam invenio: posset esse pro munere mors ipsa, ac horrendum illud suicidium.

Sunt nihilominus, qui temperantes & salutis aucupes sibi videri volunt. His generosus ille potus venit post comestum copiosum, aut difficilem cibum, ut coctioni meæ adjunctamento sint. au-

*Ut Aquas Stomachicas.*

diuntur hinc *Stomachica*, vel *vite Aquæ* passim obviæ.

His autem ego laudem debebo, licet spetioso prodeant titulo? Licet parcius veniant, & cum moderamine? Ecce me: quod penetrabiles ac permeabiles surripiant mihi incoctos cibos? quod debitam coctioni excludant moram? quod Diuretica sint, quæ cum cibis miscere religio vetat Medicorum? quod aperiendi & expurgandi vi pollent, cui ego & omnis via prima libertatem debemus?

Sed esui Fructuum, ac aliorum corruptibilium medelam promittunt. Quid? præcipitem his corruptis elapsum creant, ut transsumantur promptius, subeantque venas.

Saltem ergò flatus mihi conceptos excutient? videbuntur quidem emolumento, quamdiu ructibus incalescens orificium meum se exonerat: sed intensius gravamen relinquunt toto corpusculo meo.

Laudo *Savanorolam*, quod *Gonzagam Marchionem Mantuanum* exemplo esse voluerit. Debilis huic ego, sed suafu Medicorum usurpatâ *vite Aquâ* debilior; ut fermè in ventum darem versum omnem cibum: periisset equidem, nisi abstinuisset.

Quomodo  
Vinum

Verùm *Absynthites Vinum* quod notam



tam optimi mihi medicaminis habeat, *Absyn-*  
 an negem? Illud quod singulari me ro- *thtes per-*  
 bore sapè beat: illud quod impura qua- *feras*  
 vis eluit, & cavo expurgat? *Vontr.*

Age, ergò unico & parvo semper ve-  
 nit haustu? Nonne solet poculis plenis  
 hebetare vigorem meum, tentare ner-  
 vos, rumpere vasa, vel exedere, etiam-  
 que in ipsum mentis domicilium pro-  
 perare?

Tam magno scilicet nisu sanitatem  
 meam moliri videntur bacchabundi?  
 Itane omni diluculo rationes patrimo-  
 nii mei inspiciunt? Nempe hæc gratia  
 hujus potus est, ut nil nocere possit  
 meo corpusculo? quam longè à desti-  
 natione isthâc jaceo! tanquam interfit  
 pereuntem me qualisnam potus consu-  
 mat.

Sed à matutinis potibus transeo, &  
 propèro ad varios diurnos. Sunt *Hydro-*  
*potæ*, sunt *Abstemiis*, quibus sola *Aqua* *Aqua*  
*Simplex* usualis. *Simplex*  
*& frigida*

Huic elicere me nutritium succum  
 nemo tamen puet. discrimen, quod *ni conve-*  
 inveniunt *Abstemiis*, saltem sapidæ qua- *niat Ven-*  
 litatis est. Sin autem haberem eam ex *triculo.*  
 saliente fonte limpidam semper, vix  
 quererer: sed *Pluvialis*, quæ cisterna-  
 rum vel canalium vitra sordida infor-  
 buit, licet tenuis, levisque, mihi obest.

Non quod abradat plumbo, vel stan-

no malignam meique excoxiativam vim : non quod Dysenteriam , rarum infinitis per plumbum aquâ acceptâ utentibus morbum vereat.

Hâc tamen de sidem ac stagnantem *Puteilem* (pejus : odi. etiamque cœnoso gurgite. decursam pluvialem.) Paucis enim *fluvii* in potulaus competit : nequidem *Zyberine*, à limo vix repurgabili aqua.

Cæterum hujus , vel cujuscumque Frigidæ vehementiam vix meum robur perfert , nisi diutina compenset assuetudo. Quamvis temperare & corrugare soleat in appulsu , laxat tamen villos meos , & insigniter frangit.

Quare ex  
Frigidâ  
epotâ tam  
Subita  
mors.

Eheu ! quoties & in quam multis solo *Aque Frigidæ* potu extinctui fui ! Quam subitò ! Exemplis *Schenckii*, *Hildani*, *Dodones*, *Foresti*, plurimorumque aliorum ne deroga fidem : verissima narrant. Causam autem tam citæ mortis ?

Per Arteriam cum Oesophago firmissimè nexam mox sanguini , mox Cordi post vehementem corporis motum ac astum frigus largissimum invadit. Unde exturbato sanguinis motu lypothymia : Succedens postmodum ipsa per me Frigida cursum vitalem prorsus abscindit. Tam funestus unicus aliquandò Frigidæ haustus.

Sed

Sed successiva Frigidæ alteratio non adeò internecina. Nihilominus quum Nix vel Glacies Frigidæ adsit alienis mensibus : Sicut, ne quid ganæ desit,

*Non potare Nivem, sed aquam potare rigentem.*

*De Nive commenta est ingeniosa Sitis.*

Vertit hæc voluptas se in pœnam. Ipsa Neronis decocta non sine Nivis excellit vitiiis. Acerbissimi inde coli dolores transeunt etiam ad me : Nec subvertor quidem adeò, ac debilitor illius potus crebritate. Malè interim etiam calida in luxum versa est.

Quod fervidâ me potent Aquâ lapponis, consuetudo fert. Solvit alias ea maximè virtutem meam ; licet aliquando humorem lancinantem membranis meis eluat. præopto equidem tepidiusculam. Sed quis in eâ exhibendâ mihi favet ? Quis vel levi ebullitione eam emendat, ne me gravet algor, & li-

mus ? Num pane infriato transvasatur, & elutriatur omnibus ? Quis simplicem confringit mihi, & à gelidâ duritie abducit ? quum jumentis non nisi percussas aquas dent equisones, mihi an semper obtingunt ? Incoctum autem hordeum, ne me inflet, an emendatur continuò vel passulis, vel saccharo, vel Cinamomo ?

Quo-

*Quomodo  
Aquam  
varie pa-  
ratam,  
feras  
Ventriculo  
dare*

Quoties *Buchettam Gallis dictam*, *Hippocraticam* desidero frustra? Quoties *Saccharatâ Anglorum*, sine sectili limonio-  
rum laminâ vexor?

Vinum  
quale, &  
quantil-  
lum velis  
Ventricu-  
lus.

Verum relicta *Thetide ad Lyceum* tran-  
seo. Hujus non illius amore flagrat pars  
mortalium multò maxima. Non rarò  
tamen *Dea Deo* intulit vitium, dum ven-  
dibile prostat *Vinum*. Legitimum utrius-  
que conjugium in Cratere amabant ye-  
teres. sed cecidère horum instituta par-  
cimonix patrocinantia.

Fateor quidem *Gallica & Rhenana* non  
eam sustinent miscellam, ac *Hispania*  
vel *Orientis* generosiora. Nihiloscius  
ille aliquandò inest fervor, ut domari  
debeat. Solet id inter bibendum meo  
etiam damno fieri: nam non benè coa-  
lescentes liquores turbant me flatibus.

Sed vix sunt, quibus *Lyceus* adultera-  
tus taliter oscula figat. Praclarè qui-  
dam, *Apostoli* consilium *Timotheo* da-  
tum, subsequentes, ab aquæ potu ca-  
vent, dum mihi, quo felicius coquam,  
remedium à meraco volunt. Hoc ob-  
rentu tot curvæ in calices animæ, tot  
fauces igneâ flagrantes licet flammâ u-  
runtur, ut debiliter, dum debilitatem  
fugant.

Eram *Timotheo* ad frigidum intempe-  
ratus, & ab assiduâ functionis curâ in-  
firmus: hinc creberrimis deliquiis susci-  
tatis

tatis infestus vino *πυλωφώρα* refici poteram. Quam perversus ergo ille prætextus aliis?

*Vinum* non ego rejicio, sed immodicè haustum. In *Vino* tot mihi bona, tot mala sunt. Omnis expressus uvis succus ebullitione calorem acquisivit: etiam ruber: sed quo acor, dulcedo, vinositas magè superant, eo fortius inde incalresco.

Mixturas etiam alias, quibus insaporatur, sequitur qualitas. Prædulce Vinum inflat me: Austerum nimis immoratur, & turbat: Inodorum, utpote vilius; non tam aptè conficio. Sulphuratum & alieni odoris noxam creat. Helvolum vel rufum non æquat bonitate intermedium. Diutinam ætatem passum nimis mihi fervet: sed quod in vappam abiit, vix ad me transmittent fauces.

Mustum crassum, ac flatuosum quas non mihi ciet turbas, & fluctuationes? Sin mihi optio concessa, Vinum velim hornum, aut bimum, fragrans, & altum, tenui compagine, leviter substriagens: sed ut delere possit languores meos, unico vel altero tantum haustu.

Nunc verò votis hisce quenquamne *Vini abusu* obsecundantem habeo? Potius mystæ *su.* bacchici ubique venerabiles sunt Et in hanc

hanc foeditatis coloniam non transscribendi saltem è trivio pullati; sed quos etiam quædam virtutis species honestat. Hos quos nulla belli vis, fædum vini desiderium deiecit.

Quin perporandi libido in parte quoque comitatis, ac pænè disciplinæ est. Venalis & principum gratia pretio tam infami. Largè ex prompta apud *Germanos* hospitem benevolentia, quam mutuis poculis inundari non abnuunt. Cœcuntibus amicitia primâ fœderis loco haustum ingenti copiâ Vinum est.

Pervasit convivia omnia scyphorum imber, ut sanctè saltem *Nyses* litetur *sacro*. Nulla craterum quies, sed perpetuum est ambulacrum. Et dum in me transfunditur saltem tempestas, convivio inest hilaritas, strenuaque cujusvis victoria exsplendet.

Sic mutuis in litem vicibus perpetuo exhauriuntur pocula spiritû, ut turgens adverso gurgite regeram & rejaculer ingestum turpiter vinum. Reiterando toties novos post priorum excussionem calices, me tanquam transfusorio utuntur, ut perdant potum saltem geniti. Eò processit infania, & mea miseria. Vix putido abstinent rejectamento.

Dolium me vellent hi, ne superarer contentorum copiâ à dolio. O fædâ spectra, & enormem rabiem. Hæc debac-

bacchatio quin etiam *Musarum choros* percelluit. Pertransit & contagium hoc *Mulierum castra*, nec solos capit mares: Sic sexus beneficium deperditum iri, ut vinolentas fuligines per oris rictus mulieribus subinde prodam.

Hâc de causâ educandæ infantiaë mortem apud *Germanos* deploro, quatenus à teneris alluescere multum est.

Jam quæ mea mala à tali vini impluvio, perpendatur velim: quum madent latera; hebescit vigor; quum torqueor miserè; quum redux Vini fons & odor ex me turpissimus est: quum fordida funera titubantes faciunt gressus: quum ronchi, stertores, immobilitas, privatio sensuum: quum cructo fætores: quum turbant me venti; mumurant in cavo meo sibili: quum *Polyphemus* manè experrectis in cerebro cum suis *Cyclopibus* malleat: quum tremisco, horreo, æstuantemque per superiora rejicio hostem: quum fluctuans me cruciat dolor, & continuans subversio: quum simul inest cerebro rotans vertigo, rubedo oculis, Cordi palpitatio, nervis tremor: quum inquietas nocturna, furiales somni, mentisque excessus: & tandem pedum œdema, vel abdominis tuberosa moles.

O suavium breve, quo longi emuntur cruciatus! Horrenda mea in hoc casu

...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...

**Quomodo  
noceat  
Ebrietas  
Ventriculo.**

...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...

fu constitutio me coëgit hæc dicta aliis sæpius, redicere. Nihil tamen magis aliis effecero, adeò panè in naturam abiit hoc quibusdam malum.

*Nam crapula hesternæ vix nocturno abigenda?*

Hæcinnè ergò *Bacchi* festivitas redintegrandæ dabitur benè à consilio quorundam *Medicorum*? Sunt tamen qui ad crapulam hesternam repetendam manè eandem cantilenam suasere. In omnium hinc ore rythmus est:

*Si nocturna tibi noceat potatio Vini,*

*Horâ matutinâ rebibas & erit Medicina.*

Ecce sic in meam conspirant perniciem! Scilicet ignis jam addendus igni est, ut consumar penitius. non à melioribus, quam ab iteratis haustibus munditiès mea, dispersio vaporum, & vinosorum halituum consumptio haberi potest.

Ergò potandi licentiam præcepta Medicorum suscitant. Nec ulla amplior illorum suafu debilitas à vino formidanda. Quasi non melius prospectum foret cruditatibus tunicas meas illapsis assumpto quopiam alimine, quo suscitatus ad coctionis actum cruda illa restitantiâ simul vincerem. Sed nondum sic satis injuriarum est.

*Num Ebrietas semel in mense ad Vomitum nili.*

Jam etiam salubris ad vomitum semel in mense prætenditur *Ebrietas*. Ita & complacitum quibusdam *Medicis*. Quin *Seneca* est virtus cepisse plurimum meri:  
gra-



gradiendum ille vult nonnunquam ad ebrietatem, ut deprimat curas, non verò mergat: Sic ab imo animum moveri & trudi curas posse.

Nempe à commodioribus non potest haberi *Vomitus*? vel superflua per sudores expelli; vel somno spiritus sopiri; vel aliis curæ removeri?

Nempe ad periculum ebrietatis tam levem ob causam decurrendum? Tantamne labem animæ, ac corporis meretur expectatum beneficium?

Quid porro? vix dignor mentione infestam mihi *Platonis* sententiam, quâ retegendos *Vino* mores vult. Minus autem tangit me *diæterium Comici*; impigrè cloacam *vino* proluendam exclamantis.

Illam mortalium industriam, quâ ad primam bibendi classica arcetur *Ebrietas*, infesta mihi est: egregia sanè ad nequitiam fenestra. Increscit enim eò magis bibendi studium, propulso ebrietatis metu. Ita quidem superato vulnere in prælium novi resurgunt *Athletæ*.

An E-  
brietas  
arceri de-  
beat præ-  
venienti-  
bus?

Expurgantibus urinas *Amaris* rebus, quibus & fumi à capite coercentur; eadem vis inest. Nam per meatus omnes pervios ac laxatos pervadit facilè liquoris copia, & continenter effluit.

Huc facit *Brassica* commesta; huc *Amigdala amara*; huc præmansa *lauri folia*.  
Sed

Sed quantis præstaret ebrietatem sobrietate præcavere, quam occultare similibus? Deinceps saltem allaborant ut potent, non sextante.

Num bene potu  
conveniat  
cibus?

Quinimò alii esculentis me onerant, postquam jam ad rupturam fermè vino onustus: hi sanè omnium pessimè mihi consulunt: Nam majori negotio mihi cibus est, ac inhæret longius.

Quomodo  
Cerevisiam  
ferat  
Ventriculus.

Sic *Bacchus* me infestat, sed & suas quoque partes agit *Ceres*, ad quam inflecto ulterius. Ipsa sane remulencia minus vexat, celeriusque discutitur, ac è *Cerevisiâ* ebrietas.

Sed Humor ex hordeo in quandam similitudinem vini corruptus, ut verba *Taciti* sonant, si benè fermento vivificatus, per se mihi non adversus. *Medici*, qui *Cerevisiæ* potum ut funestum ablegant, aut juxta vineta sunt nati, ubi naturales suspiciunt, & artificiales damnant potus, aut malè edocti.

Defæcra *Cerevisia*, quæ heterogenea ignorat, ob lupulum putredini resistit mæ. Diversa tamen ejus genera ex variâ frugum ac lupuli mixturâ & cocturâ existant. Secundariis exiguum, generosis copiosum extraho succum alimentitium. His ergò si liberalius implear, modicum cibi fero.

Quo minus tamen germinant ipsis Spiritus, & cremor pollentaceus sub-  
vectus,

vectus, eo subtiliores; minusque lentè me permeant. Recentes non benè purgatæ me valde turbant & inflant.

Omnium copia; quæ etiã rationis arcem dementat & degravat; ineffabiles mihi creat & maximè durabiles tumultus. Quodque pessimum non satiare solet sitim, sed crasso liquamine faucibus relicto identidem succedente potu diluenda est.

Potus ex *Pyris, pomisque, Sydrâ* dictus, *Quomoda Sydrâm & Melicratum.* ab astrictoriã, quã pollet, vi, non inutilis mihi, sin non immodicus.

Et *Melicratum* benè percoctum, ne ingeneret flatus, non respuo. Sed quod ab admisso lupulo ætatem fert; & impendio paratum cum vino certare potest, nimis mihi viribus officit. Fateor hujus calorem *Septentrionis* algori benè resistere, extenuare item in me crassitiem obhærentem pituitosam, sed copia semper obest.

Et vix dixero quantis desideris in meam pernitiem quamplurimi hunc mellis, vel dictum hordeaceum potum accipiant: cui libet ætati hæc sitis immodicè accensa est.

Ipsis ab ubere pendentibus ad minuendum lactis desiderium lagunculæ isthoc potu plenæ traduntur in manus: Sic rudis & ætatis incuriosa, ad os subinde referens tardè meantiem illum po-

H

tum,

tum, capitur fugendi similitudine. Nempe postea assidua bibendi ratio ipso quidem usu in perpetuam voluptatem transit: & sollicitatur faucium aviditas utique semper aut natantium, aut arentium.

Transcant autem nunc illa: & simul omnia Esculenta, & Potulenta, quando nempe tum sano mihi, tum toto parantur incolumi.

*Vitam  
ratio  
Agris  
limitanda  
secundum  
Ventricu-  
li statum.*

Interim fors ea mihi durissima, quam sub meâ, ac totius per Morbos varios ruina, certis & necdum bene definitis vivendi regulis debeo, aspectum meretur. Singula ego autem heic miseriæ meæ momenta non tangam. Et qui possem in tam ancipiti ac dubio vitæ moderamine, ubi tot appendices temporariæ, nunc rata, nunc irrita faciunt statuta omnia.

*Eurypus* equidem ac nodosus vortex involvit rationes in victu ægrorum, dum acerbitas malorum cogit, quid non intentant mihi? non in solo *Adriano Imperatore* turba discordantium me perdidit, frequentem hanc exprobrationem facere possem,

Tantis superciliis dimicatum est inter proceres, num augendo vel minuendo morbi decursus sit consequendus, ut utrinque peccatum sit enormiter. Non cruditas mea in principio oblationem  
cibi

cibi interdicens attenditur. Non in statu per summam certaminis vehementiam parcissimus mihi contingit victus.

Solus fermè *Theſſalus* olim malè audiebat, quod tridui inediâ me in omnibus maceraret ægris. Conſimiles, qui ejuſdem veſtigia legant, jam aut non ſunt, aut nuſquam audiuntur.

Cibus interim opportunè mihi ſublatus quam egregium eſt medicamentum? Quodlibet ingeſtum, humoribus obſeſſus pravis, in morbificæ cauſæ fomentum corrumpere ſoleo: debilis enim & ex morbo iners conficiendo cibo ineptus ſum.

Nihilominus hic undique omnibus inceſſit metus, ne fame peream. Hinc dum cibum aliquantisper reſpuo, aſtantium turba in extremam conjicitur ſollicitudinem: omnia in alimenti aſſumptionem promiſcuè tentantur: undiquaque collectis condimentis gratia tam damnosa mihi expromitur: nec mea imbecillitas quicquam æſtimatur, nec morbi violentia.

Rarum eſt, ſiſi acceſſionem *Febrium* Liber à  
vacuus habeam. Quin potius dum calor *cibi Ven-*  
me pertinaciter maſtat febrientem, & *tricus*  
roborantia calida obtruduntur, & ſo- *perfero*  
lida quoque, non ſaltim ſorbilia. Sive *melius*  
intermittam pugnam morbo debitam, *Febres*  
ſive adauſtâ morbi cauſâ affligantur *atque*  
*morbus.*

mage vires, sive producantur paroxysmi, & incrementum trahat morbus, nihili omnia sunt.

Ipsi *Medici* mancipia *Gule* fiunt, & utilissimâ sui *Hippocratis* sententiâ abutuntur in meam perniciem, ægrorum luxui adulescentes, vel morbo prorogato crumenis studentes.

Hæc ea indulgentia est; hoc illud mirabile artificium, quo captari solet ab ægris & astantibus benevolentiaæ aura.

Fateor casum obtinere, quod etiam per appulsum febris à cibo robur expectam: quum mordicat scilicet acris humor os sensibile meum, ut superveniat *Syncope*. Admixta enim ita cibo bilis minus mordicat, instauranti scilicet & benè commutabili. Sed rarior ille casus est, nec vulgò captu facilis, nec semper *Medico*.

Ad genium regionis fateor etiam *Apollinis* familiam astringi, nec hunc tolerare semper arctam cibandi rationem, adeoque hinc moderamen inferri. Verum nunquam ita pleniori assuetus pastui vivo, quin malim æger ferias agere.

Semper saburratus delecto à muneris mei debito, sanus quidem, nedum morbidus. Duplici explendo officio neutiquam suffenus sum: & nequidem omnium

omnium nostrum princeps Cor. Morbi ergo cura non projicienda, ut nec virium. scindit ille conatus meos continuam contrarietate: hæc afflicta licet, non confestim in cibum me cogi postulant.

Si opprimat materiae morbiferæ copia, liberari ab eadem malunt. Sed penitus dissolutæ saltem alimentis reficiendæ, valdè scilicet, inque modicâ copiâ instaurantibus.

Sunt *Amygdalata, Hordeata, Panatelle, Gelatina*: Sunt variorum *juseula, consummata, & expressa omni genera*: his nullum negotium mihi exsurgit; non oneri equidem sunt, nullæ molestiæ.

Sub isthoc casu nec modicum *Vini*, licet à febre æstuem, respuo. Nollem sane tanto id prohibitum rigore. & virium languor, & coctionis apparentia signa exigunt id quandoque, non saltem tolerant.

Non ubi visis vinicalor, ut temperamentum neget. *Rhenanum* præstanter resarcire Spirituum dispendium valet. hoc tamen nimio destitutum calore. Ipsam animam linquentem restituere solet. & ego & Cor invitamur incalenter ad firmitudinem ab eo sæpiculè. Nec longa hujus adjunctamenti mora est, ut alterius, quanquam ob remissum calorem exactioris.

Ad cre-  
tionem  
virium  
etiam Vi-  
num uti-  
le.

*Cardiaca non ita magni valoris sunt plurima.* Non *Cardiaca* plurima quocumvis modò propinata tanti ut plurimum valoris sunt. Ostentatui ac lenocinio prostant plus, quam salutis. non enim præstant reapse semper, quo nomine veniunt.

Sæpè importuna nimis; sæpè augment morbiferam causam. non illustrantur ab omnibus Spiritus, nec recolliguntur solenniter. Quid enim tam amica Cordi esse possint, quum tam inimica mihi?

Et ut pressius agam, quum igneo calori resistat contumaciter *Aurum*, qui non meo? Indissolubilis mihi compacta ejus substantia: solutum ab eo nihil jusculis accipio. quovis modo præpares, nunquam aliminis vicem præstat. nimis ergò ne indulge credulitati.

Imposturis scateret *Aurum potabile*. nihil hinc, quod cedat in robur vel Hecticis, vel aliis.

Flocci quoque habendæ *Gemmarum* plerarumque resectoriæ vires. Lapidæanne duritiem ego evincere possim? non crudam eam ad alvum transmittentem?

Quin Mangonum insidiis puriora sæpè vitri & crystallo frustula loco *Gemmarum* veniunt.

Sunt ejusdem valoris assumpta intus, ut extus pro Amuletis appensa. Quale ergo



ergo robur ex Smaragdo appenso orificium meum traheret, quod placuit Galeno? nil moror nœnias hæcæ.

Quin gravia admodum me persepè à *Magisteris Perlarum, Corallorum*, aliisque passum memini. Acrimoniâ ab Aceto radicato extractâ ipsas membranas meas in nigredinem corruptas, & erosas sensi: & benè hujus memor Crato in Epistolâ ad *Monavianum* est.

*Et sapè noxia Ventriculo.*

Quid? addamne me ab *Aqua Cinamomi* solâ, à pretiosis *Emulsionibus*, ab aliis *Cardiacis* quandoque in enormes conjectum vomitus? Undenam tibi hoc, ais? resudantem ex Ære malignitatem non sufferebam; aut enim in mortaliis æncis artificiosè remixta, aut diutius fuerant reservata.

Accidentia infinita ejusmodi optimis quibuscumque noxam affricare queunt. & nil tam raræ est fortunæ, in quod nec temeritas, nec casus incurrant.

Pronior tamen lapsus illis est, quæ nunquam exerranti venustate intra gratiarum legem polita videntur.

Cæterum, quandoquidem huc ventum est, classi inefficacium *Corno Monocerotis*, lapidemque ex Oriente, vel Occidente ascriptum benè aliquibus judico: licet hodiè vix ditiorum uni absque horum insumpu ac sumptu mori contingat.

Non meam tamen noxam queror,

sed loculi; quum tantum in pretio tanto non sit pretium, ad experientiae tribunal, si qui provocent, nullo negotio vincam. testes in medium pro decem ab his prolatis, ego meos mille producam, qui jurati dicent idem.

*Aqua  
Carnium  
Stillatitia  
non alant.*

Veruntamen *Aqua ex Carnibus* substantificis *destillata* nutritivum saltem me non posse negare succum, dices: tam mirificè commendabili præ ipsâ, cui extracta, carni; nempe quia trium cochlearum mensurâ virium erectioni sufficiat; & fonte isthoc Medico juvenus revocari possit senio.

Itane? sumne ergò semper à cardine meo elapsus, nec unquam quicquam alimentosi possum expiscari Aquæ tam decantatæ? Ut quærant, rogo in *Alembico* partem carniū viscosam, stabilemque, quæ sola nutrit, nec sublimari vult. Nihil ego inde nutrimenti.

*Nec deco-  
rum Gal-  
li veteris.*

Sic etiam *decocto Galli veteris* nihil memorabile extraho. Salsum id quidem, nitrosumque tergere me, lavare, & à flatibus liberare fateor; sed fructus inde nutritionis nullus.

Sexcenta sunt hujusmodi, quæ opellam frustrant ac ludunt meam. Stat tamen lusus paratus toto Microcosmo, ubi mihi. Spiritus non succrescit limpidus, nec decorò fulget expansibilis per corporis Theatrum, quo mens in  
in

in lætitiā se laxet, nisi ex *sanguine* surgat & emicet. Accisā *sanguinis* ubertate *Cor* languescit, & implicatur tenebris, si quidem *sanguinem*, non solos efficit *Spiritus*.

Frustra ergò *Cardiacum* *omne* est, nisi Omne ali- simul etiam nutrimentum inferat. *Cor* mento- vim alimentariam haurit, & cum hac sum Car- simul prolestat cardiacam. Quis soli diacum ergò *Spiritus* respicerentur in roborando *Corde*? & quis possit esse census talium *Cardiacorum*? est effica-

Quid *Sericum*, quid *Carabe*, *Spodium*, *Os de Corde Cervi*, & similia fecerint? scilicet siccitas exhaustionem *Spirituum* coërcebit, vel colligabit eos, & in gyrum rediget?

Quid *Caphura*? quasi calorem, qui in vitio est, expugnare possit, quum tamen ipsa caleat.

Quantis antestant parasangis, quæ simul mihi, simul palato non abhorridâ venere abblandiuntur? quæ sociant modestum calorem, & inquinamentum turbidum abstergunt, putredinemque *καλῶς* arcant?

Ita sanè varia nutrientia prævalent, quæ spirare solent *Cinamomum*, *Crocum*, *citredinem Arantiorum*, & aliâ. Isthuc vadunt succi vel efficaces *Syrupi*, *Emulsiones*, *juscula*. Verum satis de his, quæ extra meam spheram: ad carceres

meos redeo, ex quibus elapsus.

*Prosequi-  
tur sua ex  
Pharma-  
cis mala  
Ventricu-  
lus.*

Siquidem prælibata jam in *Ægris vi-  
cturatio* dedit ansam, de propero in mea  
ex *Pharmacis* mala: urget quoque insti-  
tutum, & ineentivum est. Sum hæc-  
tenus obversatus iis, quæ vincere ac subi-  
gere poteram aliquousque. nunc illa,  
quæ variâ qualitate, etiamque delecte-  
riâ me oppugnant, veniunt: Immu-  
tandis ego prioribus, immutando mihi  
hæc operam locant.

Utinam his carerem, ut carere pos-  
sum! Illa demum mea solida foret fe-  
licitas. Memini me absque his firmâ  
vixisse valetudine, & longævum. Nec  
exempla saltem in promptu vetera, sed  
& recentia in oculis, sin circumferan-  
tur per terrarum orbem universum.

Nihil interim mihi cum immensis  
Galeni, aliorumque cogitationibus, li-  
cet omnes vix benè ad usum revocave-  
rint practicum. Abusum artis præcipuè  
causor. Quum intemperantia *Gule* o-  
mnium malorum mihi causa fuit, in-  
temperans *Remediorum usus* accedit in  
augmentum eorum.

Nimis autem superbè dedignarer  
mortalitatem, sin omnem excluderem  
usum: *Remediis* opus est, quia medium  
non tenet *Gula*. Doleo ego vicem me-  
am, quod ab ipsis *Remediis* exulet me-  
diocritas. Conqueror, quod detrusus  
ab

ab intemperantibus in malam sortem, trudar postmodum à medentibus in pejorem: Tam temerario enim ausu in me hi sequuntur, ut illi præcedunt: utrisque mea saltem ruina videtur proposita.

Quin sæpius mihi gravior imminet jactura ab auxiliatore, quam à morbo, cui quæritur: saltem periculosius semper aberrat. Quoties enim, cheu! Pharmaca pro beneficis habeo venefica?

Sed non insurgam nunc in manifestè reos, qui ne deliberant quidem, ut videantur cunctari internecionem meam; sed ex minima occasionis parte confurgunt, ut fulmine me tangant. Nec larvam detrahā iis, qui non Jasonis gratiā, sed aureæ pecudis in me furiunt, ruentes præcipitanter in opes ac famam periculo meo.

Non tangam hos, quos patria remota, quæsi longè tituli, aliena religio, & frontis impudentia insigniunt, ut eo securiori scelere, ac frequentiori me excarnificent. Non execrabor personatos ludiones, circumforaneos, qui

quantum novies, deciesque  
Mille viri clamare solent, quum praelia  
miscoent,  
et in gloria sua extollunt.

Non Alistas fætidus, Barbaras forēs, ac  
Cheirones aggrediar, qui pudendo fastū

*Et impetorum  
Medentium  
copiam entomeras.*

*quantum novies, deciesque  
Mille viri clamare solent, quum praelia  
miscoent,  
et in gloria sua extollunt.*

innumeras mihi procreant clades. Non alios, qui arcana sua buccis extollunt tumidis, & linguis vino gravidis, deprimam. Non Thraasonum catervam prodam, quæ ex numero pilularum suam numerat scientiam, & barbaris vel semigræcis nominibus gloriam mensurat.

Non scriptas designabo *Annus*, & largiloquas *Obstetrices*, ad fusum, colum, rhombumque justius damnatas, quæ tamen magnalia promunt meo malo. Non alia hominum purgamenta proferam, quibus omnibus unicus est labor est, ut privatam mihi stragem inferant.

Nam quisnam est, modò meum se profiteri ausit hostem, qui non inveniat fidem?

*O seclum insipiens, & insicetum!*  
Quisnam vel futor, vel ferrarius, vel alius vilior, & impudentior choream Medentum non intrat, licet illotissimis pedibus, ut mihi insiliat?

*Ipsosque  
Artifices  
sibi inju-  
rias ar-  
guit.*

Sed ipsi *Artis mystæ* justissimam etiam meam merentur bilem, quod divisi adeò per invidiam variis me excruciare modis pergant. Ab his nec abest facinus exhibendi audax, blandimentum sophisticans, temeritas rationem excludens. adeò igitur parum interest, num hi, aut prius resecti malam mihi præstent fidem; & num properanter mihi

mihi

mihî excludant spiritum, vel sensum lacerent omnes.

Nec à belluis solum strangulari horrendum est, sed & ad perpetua tormenta abjici. Tanquam ergò melius me excipiant peritiores, non produco alios. Nam pœnam ab his etiam gravissimam habeo; ne sibi saltem infra meam querelam positi videantur.

Quid hoc est, quod dum variantur, symbolum quilibet accersitus confert diversum, & ne nil egisse videatur, novum calamo currente deproperat? Quid, quod sub alio ac alio scemate eadem mihi pro præsentissimis propinant?

Quid, quod jam hic digladietur cum symptomate, ille sumptuosis saltem virtuti prospiciat, tertius evacuandis laboret, ne mihi amplius constem, quasi gloriam quilibet ex copiâ remediorum metirêtur?

Nunquid ego, dum quod recipit hic, excipit ille, quod probat unus, ridet alter, & mutat, per omnium nugamenta redigor ad incitas? Nam nugax furor ille mirabili semper ratione in me primum, potissimumque desævit.

Vix daret mortalium gens ulla majores clades, nisi ab armis rejecta esset. Revera fermè non amplius absque livore ulla procuratur Sanitas.

( Non *cibus Medicatis*, non recollectio-  
ne temporis edomatur & excutitur  
morbus, nisi ego turbatus fuerim. Id  
allaborandum putant, nempe ne non  
auctiori Remediorum numero, ac par-  
est, obruar, ac onerer. Intolerabile  
nullum subsidium judicant, modò non  
parcâ sed crebrâ ferant manu; licet tot  
ingestis atteri vires meas jam satis mor-  
bo debiles videant.

Deflectat vel paululum à viâ Sanita-  
tis *Microcosmus*, putares signum ad pu-  
gnam datum esse, tam variis, ac omni-  
genis oppleor. Non pluries iterati om-  
nigeni *Haustrus*; non tantâ *Decoctorum*,  
*Infusorumque* moles; non *Syruporum* ab-  
ominabilium confusio; non *Luleporum*,  
*Emulsionum*, *Electuariorum*, *Bolorum*, *Pul-  
verum*, *Morsulorum*, *Trochiscorum*, *Pilula-  
rum* varietas; nihil omnium prætermi-  
titur, - saltem ne mecum in gratiam re-  
deatur.

Non ego tam reniterer sæpè; modò  
inducias dare vellent: non recusarem  
semel, iterumque admittere; quod ex  
usu est, & urgens aliquod deposcit ma-  
lum. Sed quod toties me periisse velint,  
ne peream semel, qui tolerem? ipsæ  
*Parce* mitioribus decretis suum excu-  
sarent crimen. Proh miseriam meam?  
vix absque horrore mei meminisse  
quco.

Huic



Huic malæ consuetudini jungitur ut plurimum cum audaci temeritate stulta garrulitas: dumque per hanc indoctus felicior docto, & literatissimus quisque semisciolo postponitur, miseriæ meæ id augmentum est.

*Et garrulam aliquorum temeritatem accusat.*

Non rarum, quod prudentis consilii fructus flocci fiat, & sortilegium mihi veneficum, sicariumque aditum habeat. Nam faustæ vel infaustæ electioni salus mea subjacet, quum occultum memoriæ influxum prompta sequatur manus.

Id quoque tum accedit tumoris, quod vitam relictam suam quisque velit esse munus. suis enim laudem volitare secretis; sibi ad sacram quandam *Empyrie* anchoram recursum; sibi tentatas noviter radices, tentata metalla.

Et sin ex afflictione in insperatam transvolârim tranquillitatem, vel quod blanda cujusvis pro se sperandi dulcedo fuerit vehiculo, vel fors, casusve adminiculo, tum demum medicamina data adorari, & suspici audias. Istuc, quod fuit remedii omne tulisse punctum fertur, licet labem vix debilem mihi incusserit, licet post etiam nocuisse deprehendatur.

Sin ex medicamine mox defatiscam, & secus cadat alea, frivolè insuper culpor, sinistrique eventus causa audior:  
meam

meam rebellasse idiosyncrasiam, obsti-  
tisse imbecillitatem; me in ordinem  
noluisse cogi.

Similia devoratus infcitiae pudor com-  
miniscitur; nec perversa Vulgi incon-  
stantia iudex detrectatur. Ego jam con-  
fectus ignominiae sarcinam bajulare co-  
gor, nec nisi cum plausu perimentium  
perii haecenus.

*Pharma-  
copaeos in-  
scitia, ac  
negligen-  
tia infi-  
mulas.*

Sed quantis nominibus, praeter di-  
ctos, infesti mihi sunt *Pharmacopaei*?  
Mens lucrionibus hisce purulentior, &  
pertinaci saltem acervandae pecuniae  
studio plena. Non vindicis futuri metu  
concussi ullatenus, grassantur in cladem  
meam, jusque necis, quod habent, u-  
surpant.

Evanida & inveterata; putida & ex  
ipsa saepe, tabeve conflata; interneci-  
na quandoque in circumspectis mani-  
bus nefario mihi dispensant piaculo.

*Viperas, Serpentes*, & his nocentiora  
incorrecta exhibent: pro *Apio Opium*,  
pro *Enula Esulam*, Album Helleborum  
pro nigro; & qui possim singula?

Incognita, male intellecta, adulte-  
rio suspecta, penitus corrupta inexpli-  
cabiliter me indies obrunt. praecipue,  
quum spes infestatione medicaminis  
est, confodior, & affligor. nihil non  
confusim, nihil non neglectim habeo.  
Etiam ipsis tyrunculis minimis horren-  
da in me licent.

Jam

Jam si tangere *Simplicia*, detegere *composita*, aperire *pyxides*, & proferre fraudulentiam pergerem, ubi finem invenirem? Non remansit fides *sigillorum terræ*; non à *Cinamomo* secretus cortex tamaricis; non *Crocus* à Carthami floribus: tenent folliculi *Senna* foliorum locum; tenet *Rhaponticum* veri *Rhei*.

Conficiunt dolose *Electuaria*; deficit harmonia & gratia *Confectionibus*; inscitiae & avaritiae ubivis locus.

Ea *Specierum* subtilitas est, ut nec resideant mihi benè, nec exserant vires.

Ea *Pilularum* magnitudo, ut exsuperent robur meum, nec actuari promptè, aut solvi queant.

Quæ mihi tormina à simplici *Sennæ* infusione, quum sufficiens coctionis fervor ea non sustulit?

Quoties filamenta ab *Agarico* & *Colocynthide* restitancia villis se insinuant meis, quæ si per coctionem lineis illigata petiis fuissent, non sentirem?

Quos non hinc angores, quas non æstuationes habeo à *Confectione Hamech*, aliisque? Sed sexcenta sunt hujusmodi alia, quorum non refrico mihi memoriam.

Jam si hos, qui *Chymici* audiuntur, *Chymicos* nec tamen docti sunt, & boni, adeam? *sibi inferos exclamat.*  
Manifesto hinc stupore pallium exoptare

prare liceat, quod *Pictor Agamemnoni* circumdedit. Ciniflonibus hisce nec modus, nec terminus me vexandi ullus est. Id enim quidam eorum saltem laborant, ut sub minimâ molè plurimam tegant noxam.

Sic proditoriè me in mala conijciunt, & sub jucundo scemate decipiunt: Nam minerali semper tentant, quod benigno vegetabili effecerit. Omnia resolvere his consilium est, ne nihil mihi integrum, quum tamen quadam saltem resoluta meliora sint. Corporea mole libera quidem bona sunt, non tamen semper. Verum isti maleferiati nil nisi Spiritus, Extracta, Essentias volunt.

Insulsum me putant, nisi omnigenis me condierint salibus nolle se aves cum nidis coctas, nolle cochleas cum testibus quasi devorandas: audendum fortia, ut tollantur magnæ ægritudines; non cedere aliis etiamsi repetitis antiquos dolores; movere crassamento relicta, nil promovere.

Obtentu similium transplantant omnia in calamitosam mihi sortem, & ~~degring~~ moliuntur. Nihil boni nisi juxtâ suas fornaces hermeticas exclusum, & *Vulcano* suo educatum. Huc vadit jucunditatis commendatio: non mihi, non toto, sed *Gula* medentur.

Ni-

Nihil est, quod quippiam deprædetur calorem, demoliatur vim, effringat tonum meum, modò commodò transeat *Gulam*. Sive insidiæ prompto casu meo, sive temporis progressu patefiant, flocci faciunt. Ita vim dispersam in pauca contrahunt grana, ut frænnum terrestritatis absit, nec præceps agendi potentia cohibeatur.

Parum abest, quin spirituascam totus, adèd me suis aggrediuntur *Spiritus*. Quid Conservis? Quid conditis? Extracta ex omnibus prævalent secundum hos sycophantas.

Etiam spondent sibi meliora quidam ab Extracto *Theriace*. quasi scilicet singulorum essentiæ uni menstruo pariant, nec indomita quibusdam vis sola fermentatione cicurari postulet. Sed non tam parva amplius querar.

Præsentissima *Venena* pro Medicamentis aptissimis suggerunt quidam mihi: utque fraudulentius agant, secretissimo ea nomine insigniunt. Sic *Arsenicum*, *Cinnabarium*, *Mercurium*, *Antimonium*, similiaque transformant mirâ specie. Nil nisi *Panacas*, *Dracones mitigatos*, *Aquilas Cælestes*, *Hercules*, *Regulos*, *Crocus*, *Flores*, *Lilia*, *Mannas*, *Rubinos*, & multivaria Antidota audias ab illis nominari. Eadem tamen mihi sunt, quasi dixerim ego totidem *Aconita*, *Napellos*, *Colchica*;

*Antimonialia, ac Mercurialia exhibita deplorat Ventriculus.*

*Buprestes, Serpentes, Bufones, & si quæ his  
mage mortifera.*

Hæc sunt consilia; hæc artes; hæc vota magnarum cogitationum, mutantium auxilia in crudelissima mihi monstra. Heu meam sortem! quasi corpusculi mei moles non sit ipsa per se proxima ruinæ, nisi arte ea acceleretur.

Frivolum autem, ac inane est, quod benigna hæc mihi reddita, ac familiaria prætexant præposterè Artem Chymicam habentes. Non vis venefica, ita edomabilis, ut exuat malignitatem omnem: Nulla involucra violentiam omnem sustollunt: falsa hujus ostentatio ac gloriatio est.

Toties expertus latitantem noxam, quæ in extremam me conjecit ruinam, fidem sanè mereor. Quod evadam sæpius summo meo robore, quod plenus aliis, ac saburratus quandoque liberer, benigno saltem ex casu est.

Ipsa sic alia etiam *Venena* innoxia mihi dixeris; multoties enim iis tactus fui, ac evasi. Non abscinditur miserrimum mearum causa, nisi fixâ & penitus sublatâ omni venefica vi. Præceps violentia me semper irritat, convellit, exagitat, lancinat, & miserè ad necem usque ferè concutit. omnem repentè constantiam meam destruit, cujus maxima in exiguo vis venefica remansit.

Di-

Dicam semel omnia, aut ipsa mors, aut mortis umbra mihi est id, quod non bene præparatum.

Viderint ergò, quomodocumque *Mercurium* aut *Antimonium* à venenositate absolverint. Viderint, ne stupidum me crucient & torqueant. Viderint ne penitus erodant & exedant me suis hisce adminiculis, quæ vix temporis ullius exâmen sustinent, & mox redeant ad ingënum. Nec ego profusâ verborum serie hæc ulterius exigam.

Quamvis interim hisce *Antimonialibus* ac *Mercurialibus* jam ita ubivis malè protritis ego toties conficiar, ut à nullis mihi frequentior internecio. Ita enim poliuntur; tam variis illinuntur facieis, in tam plausibiles transformantur figuras, ut hamum sæpius vorârim, antequam escam perciperim. Quis enim in me illis tam horrendis imperium non exercet? cujus libidini, præsumptioni, ignorantiaë non subjicior? cujus stultitiam non perpetior?

Huc saltem tendit insolens illa nomenclatura: huc Secretorum elogium: huc anatome omnium Metalloꝝ. Jam perit nomen ipsis Venenis. Quod me corrodit, saltem mundificare dicitur, dira in me facinora, sunt mera *Artis* tentamina. Nil ex impense causticis, licet aurum & argentum arrodat, mihi  
visceri

*Metalli-  
cis his pro  
cujusvis  
libidine  
vexari  
Ventricu-  
lum.*

visceri tam sensibili nociturum putatur.  
Quid pluribus?

*Arma, cruor, cedes, incendia, totaque  
bella*

*Me miserum spectant. Pacatum in praelia  
ventrem*

*Hæu! toties mutant, nostro dans funera  
regno.*

*Præcipue  
Vomitus  
frequen-  
tiam nego-  
nium fieri  
Ventricu-  
lo.*

Solis quippè *Vomitivis* quidam mon-  
narchiam dedere; his omnem meden-  
di latitudinem absolvi statuunt. In omni  
Morborum genere *Vomitiva* unica, æ-  
qualia, & *siçobomo* censent. dives ab  
his argumentum mirabilium trahunt  
curationum: difficillimum sine his sa-  
lutis moderamen.

Naturæ sic vestigia esse legenda: in-  
teraneis quidem meis omnia prius ex-  
cuti, sed ex consequio reliqua totius:  
præsertim saburram ac congeriem, quæ  
infestat viciniam, per me benè elici:  
viam etiam expeditam à liene esse, ex  
pancreate, mesenterio, ac aliis cavitati-  
bus.

Quin primis prænantum mensibus  
cum levamine quoque me rejicere as-  
sumpta: etiam infantibus meâ sponte  
me subverti, & à superfluo exinaniri  
innoxie; ad eoque semper fermè claudi-  
care salutem meam absque his subsidiis.

Tolli quod præsens est, arceri quod  
imminet malum: mira ac incredibilia  
patrari:



patrari: *Medico* felicitatem exsurgere, & quandoque patrocinium temeritatis emergere. Rebelles & indomitos in ordinem redigi affectus: ab intirnis excuti morbi causam cuniculis.

*Februm* interpolatos accessus præsentanea hæc deposcere auxilia, ut extirpent focum. nullam pectori noxam remanere, ubi hæc mihi laxant fibulam. Omnia ex catharris mala ab iis demi; & nihil non efficaci *Vomitorio* perfici.

Ecce tot, ac tantis machinis frequens *Vomitorium* usus suffulcitur. Naturæ adulantis infamiam subierit, qui contra hiscere auferit. Ipse *Galenus* timidiusculi nomen non effugit. altius jam omnes sapiunt, quandoquidem inaniter per alyum non deturbent illuviem, sed vomitione extirpent. Ab ineptis saltem osoribus prodeunt virulenti morsus, quæ sunt argumenta me propugnancia; nec incedunt recto talo, iudicio illorum.

Hinc ergò passim præternaturali, ac perverso mihi motu impetor, turbor, lancinor, ac violentissimè concutior. Contrahuntur, laxanturque hinc & illinc fibræ meæ: impetuosisque conatibus sursum fertur fundus meus: mordeor, tendor, anxietor, convellor cum tremore labiorum, caligine oculorum, frigore extremorum, aliisque

que diris cruciatibus quamplurimis.

*In Vomitu  
torio ex-  
hibendis  
incircum-  
specti agi.*

Nemo imprudens, nemo temerarius hoc in negotio. Non opportunitas naturæ, non proclivitas humoris; non oblatio mea a corruptis & acerbis transeuntibus quicquam æstimatur.

Saltem expulsio deproperatur, quasi mineram morbificam quamcumque, quasi contactum omnium sensibilis præstantia mea ferret. Extirpanda quippe per me causa continens venit omnis; nec incolumius, nec commodius descendit ad Intestina scilicet.

Nunc meum officium esse, excipere Sordes censent: destino isthuc; commaculo idè; inque cloacam, totiusque sentinam permutor tories.

Licet spargantur *Mesaraicæ* latissimo ambitu, & infinitæ adeant Intestina; licet brevissima illuc a corporis mole via; nihilominus ad me susque deque pertrahenda violentissimâ perversione omnia nempe sunt.

Quid ineptiam humoris, quid ordinem Naturæ causet? vix cognitione ista dignantur, antequam *Emeticum* exhibeant. Indiscriminatim in quolibet cogor ad *Vomitum*, utpote muci sedes, quem bilis naturaliter non expellit.

Sim inhabilis, sim infirmus, & robore exutus; lateam in Tabido, qui spiret ægrè, qui sanguinem rejectârit,  
cui

cui exhausti succi : subhæream carnoſo corporis habitui , oblongiori collo , anguſtoque pectori ; nauci fiunt omnia.

Non interſtinguuntur mala capitis , quæ proprio Cerebri fiunt nocumento ab iis , quæ ex vaporum multitudine. Non obſervantur ſub eodem discrimine Epilepſia , vel viſus obſcuratus , vel alia.

*Malè in omni morborum genere Vomitoria niſu venire.*

Nempe etiam *Lepra* eradicandæ deſtinor. Teſticulorum inflammationem, Renum vel Veſicæ ulcera eradicare debeo : Ictericum quoque è cute colorem derivare.

Nempe ſuperfluitates pectoris , & remotiſſimis ulceribus nigris , aliisque induratis affectibus ſpurciſſimæ cauſæ per me abducendæ ſunt.

Egregium ſanè morbi tam obſtinati patrociniũ præſtant temeritati , ſaltem ut ego tantò frequentius immoriar violentiſingeltis. Strenuè equidem ruſticus abigendus timor eſt , proſtigandus item omnis mei reſpectus , ſiquidem tantâ ſalutis via ſeſe aperit.

Quid veteris *Ægypti* auſa criminarer , quod levi *Syrmaiſmo* me proritârint ; ſurculis ſcilicet *Ellebori albi* infixis *Raphano* , coque ex aceto mulſo commeſto ? Jam fortius me turbantia , & horribilius commoventia ubiq; , etiam ex artis lege adſunt.

*Violentâ illa Vomitoria nimis promiſcuè uſurpari.*

Quid spontini mei vomitus horrorem incuterent, vel fræno injecto compeſcerentur, ne nimio opere fatigent? Jam & violentiſſima horrendum in morem me exercitant, licet ſaltem nauſeosa ſatietas, aut ſuperfuſa cavo meo bilis ſit; licet pingue modò quippiam & dulciuſculum abominer, veſ acidum, acre, ponticum corruptus deſiderem.

Quid, amabo, moleſti variorum lentore verſuram mihi fieri doleo? Jam Vomitoriis exhibitis & rumpi mihi vaſa, & ſanguinem manare ſentio; quin intercipi quoque Spiritum, & ſudorem concitari frigidum.

Quid clamat cum *Celſo* circumſpecti; nocere tam violenta ſanis, ægris non ſemper prodeſſe: triumphum tamen inter remedia omnia agunt univerſalem *Emetica*.

Nullus cibus eſt premittendis locus, ut tædium mihi vomitionis tollant. Nullus potui poſt ſumendo, ut retundatur violentia, & ego abſtergear. Nullum à fomentis, aliisve mihi robur, ut tantæ molitioni par ſim.

Nequidem obturare quis fontem ſtudet, quum jam offenſæ origo manat. Promiſcuus omnium uſus ſine moderamine. Io triumphe!

Jam ergò hoc Seculum excellit inventorum copiâ, quibus immedicabiliter  
liter

liter conficiar, & succumbam. Nempe meo supplicio

————— non debuit una parari

*Simia, nec Serpens unus, nec Culeus unus.*

Parricidium ego solus viscerum omnium commisi. ad me eundem est remediis, quum alicubi hæret quæpiam mali labes.

Hæc quoque hujus ævi felicitas est, ut non uni medicamini fidat. Non opus habet, ut veterum *Helleborismos* redivivos reddat, quibus absque prudenti cautelâ jectiger, suffocer, & convellar. Hodie perire mihi licet subtracto subdolè ipsius medicaminis specimine.

Nequidem substantiæ portionem ullam remansisse volunt, quâ agnoscam tam dirum meum hospitem: solet enim vis spiritualiter transfundi in ipsa alimenta.

Jam ineunt cavum meum, quæ Saccharata, mellita, vinis infusa; milleque modis tecta sunt, sed ita furiose mox me exercent, ut ipsasinet devorasse furias, & concepisse *Ditis chorum* mihi videar. Sed non libet his inhærere diutius, siquidem jam lippis atque tonsoribus plus satis nota sunt.

Concedant ista perversa *Chymica* locum aliis; cedant *Emetica Purgantibus* per secessum. Nec enim sola Vomitoria sunt, quæ frangunt vires meas. Illa

*Differen-  
tia inter  
Vomito-  
ria &  
purgan-  
tia.*

equidem mox furiosè me adoriuntur, compungunt, fundunt, colliquant, ut impetuoso conamine; & multoties-repetito me exonerare laborem. concitatur totaque vicinia meo motu, ut alabatur, quicquid humoris inibi conceptum.

Verùm illa sæpè violentia *Vomitoris* non est, ut tam confertim ac subitò me invadant. Solent aliquando stationem mihi firmare eam, ut vis quæpiam *Cathartica* pyloro exire queant: & illa sursum deorsumque evacuare percipio.

Aliquorum etiam vis ita hebefacta & obtusa est, ut contubernium emeticæ potestatis maximâ ex parte illis avulsum: hæc non tam citò, nec adeò intemperanter in me effervescent.

Sola ergò vehementia determinat *Emetica* à *purgantibus*, & in utrisque maximum mihi discrimen laboris parit.

Ex accidenti quoque sæpè dejectoria revomo: quum scilicet ingratitude, graveolentia, ac flatulentia me ad excussionem stimulant. Hæc tamen sin eam mihi moram concesserint, ut extrahere vim quæpiam *Catharticam* licuerit, nihilo secius purgant.

*Purgantium a-  
ctio in  
Ventriculo  
est indistincta.* Etenim totam purgantis molem actus purgandi non exigit. Vim eam sin extraxerim, quæ transmissa vasis stimulet, subsequitur *Purgatio*. Est hæc tenuior,

nuior, resinosa, ac subtilior purgantis pars.

Hæc tamen extractio mea non est coctioni congrua. Non amplexor, non coquo tam ingrata, tam inimica: nec tamen etiam intacta relinquo, sed dissolvo, ac disjicio, ut secedant partes, ac subtilior tranet pylorum prius, reliquæ consequenter.

Hinc rejectæ in formâ *pillula* etiam Catharsin excitant persèpè: licet enim non adedè promptè solverim, extraxi tamen vim quampiam.

Extracta autem à me vis Cathartica quomodo penetret in vasa, atque stimulet, quasque det turbas corpori, meum enarrare non est. Satis ipse molestiarum, ac injuriarum habeo ab alienis illis hospitibus.

Hoc ut affirmem licet, nullam electivam, vel specificam hujus vel illius humoris tractionem à *Purgante* quopiam mihi perceptam. Indistinctim subsequutum, quicquid mihi, viciniæve inerat tenue, fluxile, edomabile: Idque quò propinquius, abundantius, ac magis obvium. Sic productâ inexpedienter purgatione ex valido quopiam omnes consequenter succos secessisse: quin ultimatim non desistente Catharsi ipsum sanguinem.

Nihil etiam virtute latente quâpiam *Appro-*  
 I 3 *deter-* *priata* &

*directoria  
non dan-  
tur.*

determinatum, vel ad me, vel ad certam partem adverti. Non eam inveni prudentiam vel in Purgantibus, vel in aliis directoriis alterantibus, nullam intelligentiam.

Næ illa judicio prædita putant quidam stolidè: quasi harpagonibus vel uncis quibusdam noxia attrahere nōrint, vel emissarios suos in hosticum ablegent, qui cominus agant, ac inimicos propulsent.

Nimirum quasi præside *Eupatorio* rectius ad *Hepar* pergant, ac imperante *Majoranâ* citius ad caput transvolent. Non tam abstrusas vires unquam collegi, licet jam à longâ seculorum serie affirmentur. Multas quidem sibi invicem in Herbis junctas novi:

Conducere plurima Cerebro expurgatione phlegmatis: alia idem per odoris suavitatem reficere: quæ Sanguinem ac Spiritus stipant, grata ac suavia, cordi quidem robur firmare: nec *Hepati* improficua, quæ temperant, & depurant à fervore sanguinem: aptiora autem *Spleni*, sin maximè aperiant, ac incidant. Ita equidem augeri semen ab augmentibus sanguinem; etiam stipare Lacte mammas, quæ productionem Chyli in me promovent.

Nec diffiteor me roborari ab illis, quæ astrictione mihi gratâ, ac plurimâ  
pol-



pollent. Et sub hoc signo militare deprehendo *Mentham*, *Absynthium*, *Zedoariam*, *Galangam*, ac plurima alia, prout calore, vel refrigerio opus habeo.

Verum hæc nunc omnia sub incudem revocare, alienum duco. & quæ fieri posset? tot mihi de remediis dicenda forent, sin leviculis prætervisis solum prægrandia mihi mala non intenderem, ut vix caperentur omnia.

In quibus enim non spes exhibentium, non industria fraudatur; quod expertam operis vim nullâ limitent prudentiâ; quodque non tam sensuum beneficio, quam externis ridiculè signaturis penetrent in effectuum causas?

Jam autem simul meritò dixerò, non astû provideri, ne ego vel aliquod viscerum pessumdemur. Stat per se rei cardo, ut quid agas; incertum sit; me ne adjutes, an auscultes alteri; sin illud relinquas, ejus bono timeas; sin optulêris, meam ruinam, cui remediari post difficile.

Tum sanè genuinâ moderatione mihi abblandiri neminem satis sentio, sed vel fervido me nimis incandescere æstû, vel rigido torpescere frigore. Ast non persequar, ut dixi, ista, potiusque ad meas ex Purgantibus injurias redeam.

Omnis *medicina salativa* deprædatur vires meas, & laboriosa mihi est: difficilis

*Omne  
Purgans  
Ventrici*

*unde la-  
boriosum.*

cilis mea recollectio à tam deleteria qualitate; Imperum enim ego sustineo primum, eumque fortissimum medicamenti, dum se insinuat altius in villos meos, graviterque ferit substantiam meam: etiam ubi avidus, vel exæstuans liquorem illius avidè inorsus, pejus offendit.

Nunquam hanc refert gratiam, quin ingratiã majorem recondat: adeoque etiam blandissimum ecoproticum me concutit horrore, & exagitat. Infita illa mihi abominatio naturaliter, & absque hâc crebriori Purgantium usu multò magis conficerer: quin hâc perdurante nihilominus mille modis pre-mor, dum præposterè, crebro, ac diu Purgantibus fatigor.

Id sanè persèpe mihi largiuntur remedia hæc, ut remediis opus habeam.

*Sed ma-  
ximè  
quum  
absque  
necessita-  
te fre-  
quentan-  
tur.*

Non enim semper necessitas usum extorquet *Purgantium*: suscipio eadem multoties, dum securâ sanitate fruor. Tolerarem, sin pro ratione meorum affectuum irritarer, abstergerer, abluerer, lenirer, comprimerer, vel fortiori vi à nocivis immunis redderem.

Sin muccagine mihi tenaciter immo-rante, vel recrementis aliis obtunden-tibus liberandus, ne in morbum pro-rumpant, sufferrem tormenta. Verum insons ego & incolumis quod toties ac-  
tan-

tantum affligar, qui hanc satis exprobrabo insaniam?

Maſte ſint vertute hâc cujuſcumque conditionis homines, qui Purgationi tam ancipiti præſunt, ego nunc laudem eorum carminibus implebo: ego, ne putent ſe operam perdidiffe, etiam quonon jufferint, ſequar; nempe me ex crebris evaſuationibus languidum, ac officio deinceps meo imparem ſiſtam, aut ad mortem viam quæram.

Si hoc nolint, ponere jubeo armatam diram mihi, & malo cavere, ne innoxiiſ ſimul aliis viſceribus parentem injuriâ meâ. Meritò enim

*Quis furor, exclamo, pacem convertit in arma?*

*Quid noſtra memère ſedes? —*

Quum nemo amplius *Ventriculum* putret nobile viſcus, nemo modum ſervet ipſi, nemo ejus robur pluris faciat, ſed omnes opertis oculis *Gula* bona computent; quær ego non turbas invicem cicerem? Quær non arttonitus ac effertus caſum, ac ruinam ſponderem?

Quandoquidem facinore opus eſt, nudus ecce ego ſum; aperta per *Gulam* via eſt; ſemel nimis fiat, quod toties fieri doleó. Scio hanc mihi non dari ſemper gratiam, licet quandoque eam habeam. Creberrimum ego cruciatum, etiã temerè factum, etiam

tinuero, olidis ab iis ructibus emissis  
manifesto molestiam: barbaram eorum,  
ac crassam mixturam liberè nec securè  
meis percipio laribus.

Nec *A-* At nunc *Aloën*, *Hieram picram*, vel  
*loë*, *Hiera* *pillulas* meo nomine insignitas quid di-  
*picra*, *Pil-* cam? His prærogativam præ omnibus  
*lulaque* dedit *Galenus*, dedit *Mesue*: singulari-  
*ex his tam* ter enim amicam, & gratam mihi *Aloën*:  
*grata* purgantia cuncta mihi infesta; hanc ex-  
*Ventricu-* cipi solam, quod robore me laxum ac  
*lo,* flaccidum afflet, putredinem arceat.

Hieras contaminantem pituitæ mo-  
lem abscindere; flatus excutere: quin-  
imò necessariò mihi benè esse ab assi-  
duo ac proficuo harum usu.

Perrexit & eò usque infania, ut per-  
petuantia hæc nullum morbis locum  
dare senserint.

Verum eheu! quam pessimè mihi  
*Galenus*, *Mesue*, & eorum sequaces!  
Innumeri horum errore spondentes si-  
bisenium, immaturè obière. Ipse sibi  
*Mesues* effecit continenti *Aloës* usu, ne  
venirent sui anni ad tesseram.

Amaritiem equidem tantam penitus  
abominor, utpote nocivam. Quid?  
ergò Astringentiam vim ab amarâ distin-  
guere nequeunt? Quam subdere spe-  
ciem licebit, ut amara mihi gratiarum  
lòco sint?

*Amara* astringendo, fateor, pitui-  
tosum.

tosum me; ac humidum sublevant. Sed in non amaris hanc astringentem præmo. *Dulcia*, vel *acida* sin astringant, arctius illa amplexor: Enormis autem amaritudo Aloës excludit ab astringentione illius amicissimum meum amplexum.

Nequidem in *Hieris* ita correctam deprehendo amaritatem; quin inimicam habeam. respuerem equidem, nisi simul astringerent. Pernitiosum ergò hoc dogma, licet ubivis invaluerit.

Abominanda incurro mala per continuum Aloës usum. In biliosis, siccisque res notissima est: quin expertis planissimum, quid malorum inde hauriat, vicinus meus *Hepar*. Contestatur *Scaliger*, & oculis hæc apertissimis *Cardanus* de Sanitate tuendâ scribens.

Quinimò, ut progrediar ad alia, *Rhabarbarum* præ Aloëticis me mitius & convenientius firmat: non enim ejus astringentem tanta comitatur amarities. Nec tamen; licet plurimis dotibus insigni depopuletur bilem, mihi id immolestum est. Sæpè inefficacem ejus ἐκχέλωσι, & vim cocturâ disperditam; sæpè aliis socium habeo, unde non exsurgit benigniter.

Pleraque alia Purgantia Ventriculo inimica.

Etiam *Sennam* mihi gravem jurè dico: torsione enim me iniquâ excipit, licet aniso ac zinzibere stipetur.

equidem mox furiosè me adoriuntur, compungunt, fundunt, colliquant, ut impetuoso conamine, & multoties-repetito me exonerare laborem. concitatur totaque vicinia meo motu, ut allabatur, quicquid humoris inibi conceptum.

Verùm illa sæpè violentia *Vomitoris* non est, ut tam confertim ac subito me invadant. Solent aliquando stationem mihi firmare eam, ut vis quæpiam *Cathartica* pyloro. exire queant: & illa fursum deorsumque evacuare percipio.

Aliquorum etiam vis ita hebefacta & obtusa est, ut contubernium emeticæ potestatis maximâ ex parte illis avulsum: hæc non tam citò, nec adeò intemperanter in me effervescent.

Sola ergò vehementia determinat *Emetica* à *purgantibus*, & in utrisque maximum mihi discrimen laboris parit.

Ex accidenti quoque sæpè dejectoria revomo: quum scilicet ingratitude, graveolentia, ac flatulentia me ad excussionem stimulant. Hæc tamen sine eam mihi moram concesserint, ut extrahere vim quæpiam *Catharticam* licuerit, nihilo secius purgant.

*Purgantium a-*  
*Evacuatio in*  
*Ventriculo est indi-*  
*stincta.* Etenim totam purgantis molem actus purgandi non exigit. Vim eam sine extraxerim, quæ transmissa vasis stimulet, subsequitur Purgatio. Est hæc tenuior,

nuior, resinosa, ac subtilior purgantis pars.

Hæc tamen extractio mea non est coctioni congrua. Non amplexor, non coquo tam ingrata, tam inimica: nec tamen etiam intacta relinquo, sed dissolvo, ac disjicio, ut secedant partes, ac subtilior tranet pylorum prius, reliquæ consequenter.

Hinc rejectæ in formâ *pillula* etiam Catharsin excitant persæpè: licet enim non adedè promptè solverim, extraxi tamen vim quampiam.

Extracta autem à me vis Cathartica quomodo penetret in vasa, atque stimulet, quasque det turbas corpori, meum enarrare non est. Satis ipse molestiarum, ac injuriarum habeo ab alienis illis hospitibus.

Hoc ut affirmem licet, nullam electivam, vel specificam hujus vel illius humoris tractionem à *Purgante* quopiam mihi perceptam. Indistinctim subsequutum, quicquid mihi, viciniæve inerat tenue, fluxile, edomabile: Idque quò propinquius, abundantius, ac magis obvium. Sic productâ inexpedienter purgatione ex valido quopiam omnes consequenter succos secessisse: quin ultimatim non desistente Catharsi ipsum sanguinem.

Nihil etiam virtute latente quâpiam *Appropriata* deter-

*directoria  
non dan-  
tur.*

determinatum, vel ad me, vel ad certam partem adverti. Non eam inveni prudentiam vel in Purgantibus, vel in aliis directoriis alterantibus, nullam intelligentiam.

Næ illa iudicio prædita putant quidam stolidè: quasi harpagonibus vel uncis quibusdam noxia attrahere nõrint, vel emissarios suos in hosticum ablegent, qui cominus agant, ac inimicos propulsent.

Nimirum quasi præside *Eupatorio* rectius ad *Hepar* pergant, ac imperante *Majoranâ* citius ad caput transvolent. Non tam abstrusas vires unquam collegi, licet jam à longâ seculorum serie affirmantur. Multas quidem sibi invicem in *Herbis* junctas novi:

Conducere plurima Cerebro expurgatione phlegmatis: alia idem per odoris suavitatem reficere: quæ Sanguinem ac Spiritus stipant, grata ac suavia, cordi quidem robur firmare: nec *Hepati* improficua, quæ temperant, & depurant à fervore sanguinem: aptiora autem *Spleni*, sin maximè aperiant, ac incidant. Ita equidem augeri semen ab augmentibus sanguinem; etiam stipare Lacte mammas, quæ productionem Chyli in me promovent.

Nec diffiteor me roborari ab illis, quæ astrictione mihi gratâ, ac plurimâ  
pol-



pollent. Et sub hoc signo militare deprehendo *Mentham*, *Absynthium*, *Zedoariam*, *Galangam*, ac plurima alia, prout calore, vel refrigerio opus habeo.

Verum hæc nunc omnia sub incudem revocare, alienum duco. & qui fieri posset? tot mihi de remediis dicenda forent, sin leviculis prætervisis solum prægrandia mihi mala non intenderem, ut vix caperentur omnia.

In quibus enim non spes exhibentium, non industria fraudatur; quod expertam operis vim nullâ limitent prudentiâ; quodque non tam sensuum beneficio, quam externis ridiculè signaturis penetrent in effectuum causas?

Jam autem simul meritò dixerò, non astû provideri, ne ego vel aliquod viscerum pessumdemur. Stat persæpè rei cardo, ut quid agas; incertum sit, me ne adjutes, an auscultes alteri; sin illud relinquant, ejus bono timeas; sin optulêris, meam ruinam, cui remediari post difficile.

Tum sanè genuinâ moderatione mihi abblandiri neminem satis sentio, sed vel fervido me nimis incandescere æstû, vel rigido torpescere frigore. Ast non persequar, ut dixi, ista, potiusque ad meas ex Purgantibus injurias redeam.

Omnis *medicina salutaris* deprædatur vires meas, & laboriosa mihi est: difficilis

Omne  
Purgans  
Ventrici-

*unde la-  
boriosum.*

cilis mea recollectio à tam deleteria  
qualitate; Impetum enim ego sustineo  
primum, eumque fortissimum medi-  
camenti, dum se insinuat alius in vil-  
los meos, graviterque ferit substantiam  
meam: etiam ubi avidus, vel exæstuans  
liquorem illius avidè inorsus, pejus  
offendit.

Nunquam hanc refert gratiam, quin  
ingratiam majorem recondat: adeo-  
que etiam blandissimum exopticum  
me concutit horrore, & exagitat. In-  
fita illa mihi abominatio naturaliter, &  
absque hâc crebriori Purgantium usu  
multò magis conficerer: quin hâc per-  
durante nihilominus mille modis pre-  
mor, dum præposterè, crebro, ac diu  
Purgantibus fatigor.

Id sanè persæpè mihi largiuntur re-  
media hæc, ut remediis opus habeam.

*Sed ma-  
ximè  
quum  
absque  
necessita-  
te fre-  
quentan-  
tur.*

Non enim semper necessitas usum  
extorquet *Purgantium*: suscipio eadem  
multoties, dum securâ sanitate fruor.  
Tolerarem, sin pro ratione meorum  
affectuum irritarer, abstergerer, ablue-  
rer, lenirer, comprimerer, vel fortiori  
vi à nocivis immunis redderem

Sin muccagine mihi tenaciter immo-  
rante, vel recrementis aliis obtunden-  
tibus liberandus, ne in morbum pro-  
rumpant, sufferrem tormenta. Verum  
insons ego & incolumis quod toties ac  
tan-

tantum affligar, qui hanc satis exprobrabo insaniam?

Macte sint vertute hâc cujuscumque conditionis homines, qui Purgationi tam ancipiti præsumunt, ego nunc laudem eorum carminibus implebo: ego, ne putent se operam perdidisse, etiam quod non jusserint, sequar; nempe me ex crebris evacuationibus languidum, ac officio deinceps meo impari sistam, aut ad mortem viam quæram.

Sin hoc nolint, ponere jubeo arma tam dira mihi, & malo cavere, ne innoxii simul aliis visceribus parentem injuriâ meâ. Merito enim

*Quis furor, exclamo, pacem convertit in arma?*

*Quid nostra memere sedes? —*

Quum nemo amplius *Ventriculum* putet nobile viscus, nemo modum servet ipsi, nemo ejus robur pluris faciat, sed omnes opertis oculis *Gula* bona computent, quæ ego non turbas invicem cierem? Quæ non attonitus ac efferratus casum, ac ruinam sponderem?

Quandoquidem facinore opus est, nudus ecce ego sum; aperta per *Gulam* via est; semel nimis fiat, quod toties fieri doleo. Scio hanc mihi non dari semper gratiam, licet quandoque eam habeam. Creberrimum ego cruciatum, etiâ temerè factum, etiam

tinuero, olidis ab iis ructibus emissis  
manifesto molestiam: barbaram eorum,  
ac crassam mixturam liberè nec securè  
meis percipio laribus.

*Nec Aloë, Hiera  
picra, Pillulaque  
ex his tam  
grata  
Ventricu-  
lo,* At nunc *Aloën, Hieram picram*, vel  
*pillulas* meo nomine insignitas quid di-  
cam? His prærogativam præ omnibus  
dedit *Galenus*, dedit *Mesue*: singulari-  
ter enim amicam, & gratam mihi *Aloën*:  
purgantia cuncta mihi infesta; hanc ex-  
cipi solam, quod robore me laxum ac  
flaccidum afflet, putredinem arceat.

Hieras contaminantem pituitæ mo-  
lem abscindere; flatus excutere: quin-  
imò necessariò mihi benè esse ab assi-  
duo ac proficuo harum usu.

Perrexit & eò usque insania, ut per-  
petuantia hæc nullum morbis locum  
dare senserint.

Verum cheu! quam pessimè mihi  
*Galenus*, *Mesue*, & eorum sequaces!  
Innumeri horum errore spondentes si-  
bi senium, immaturè obière. Ipse sibi  
*Mesues* effecit continenti *Aloës* usu, ne  
venirent sui anni ad tesseram.

Amaritiem equidem tantam penitus  
abominor, utpote nocivam. Quid?  
ergò Astringentiam vim ab amarâ distin-  
guere nequeunt? Quam subdere spe-  
ciem licebit, ut amara mihi gratiarum  
loco sint?

*Amara* astringendo, fateor, pitui-  
tosum.

tosum me, ac humidum sublevant. Sed in non amaris hanc astringionem præmo: *Dulcia*, vel *acida* sin astringant, arctius illa amplexor: Enormis autem amaritudo Aloës excludit ab astringione illius amicissimum meum amplexum.

Nequidem in *Hieris* ita correctam deprehendo *amaritiem*, quin inimicam habeam. respuerem equidem, nisi simul astringerent. Pernitiosum ergò hoc dogma, licet ubivis invaluerit.

Abominanda incurro mala per continuum *Aloës* usum. In biliosis, siccisque res notissima est: quin expertis planissimum, quid malorum inde hauriat, vicinus meus *Hepar*. Contestatur *Scaliger*, & oculis hæc apertissimis *Cardanus* de Sanitate tuendâ scribens.

Quinimò, ut progrediar ad alia, *Rhabbarbarum* præ Aloëricis me mitius & convenientius firmat: non enim ejus astringionem tanta comitatur amarities. Nec tamen, licet plurimis dotibus insigni depopuletur bilem, mihi id immodestum est. Sæpè inefficacem ejus *ἐκχέλωσι*, & vim cocturâ disperditam; sæpè aliis socium habeo, unde non exsurgit benigniter.

*Pleraque alia Purgantia Ventriculo inimica.*

Eriam *Sennam* mihi gravem jurè dico: torsione enim me iniquâ excipit, licet aniso ac zinzibere stipetur.

equidem mox furiosè me adoriuntur, compungunt, fundunt, colliquant, ut impetuoso conamine; & multoties-repetito me exonerare laborem. concitatur totaque vicinia meo motu, ut alabatur, quicquid humoris inibi conceptum.

Verùm illa sæpè violentia *Vomitoriis* non est, ut tam confertim ac subitò me invadant. Solent aliquando stationem mihi firmare eam, ut vis quæpiam *Cathartica* pyloro. exire queant: & illa sursum deorsumque evacuare percipio.

Aliquorum etiam vis ita hebefacta & obtusa est, ut contubernium emeticæ potestatis maximâ ex parte illis avulsum: hæc non tam citò, nec adeò intemperanter in me effervescent.

- Sola ergò vehementia determinat *Emetica* à *purgantibus*, & in utrisque maximum mihi discrimen laboris parit.

- Ex accidenti quoque sæpè dejectoria revomo: quum scilicet ingratitude, graveolentia, ac flatulentia me ad excussionem stimulant. Hæc tamen sine eam mihi moram concesserint, ut extrahere vim quæpiam *Catharticam* licuerit, nihilo secius purgant.

*Purgantium a-*  
*Evacatio in*  
*Ventriculo est indi-*  
*finita.* Etenim totam purgantis molemactus purgandi non exigit. Vim eam sine extraxerim, quæ transmissa vasis stimulet, subsequitur Purgatio. Est hæc tenuior,

nuior, resinosa, ac subtilior purgantis pars.

Hæc tamen extractio mea non est coctioni congrua. Non amplexor, non coquo tam ingrata, tam inimica: nec tamen etiam intacta relinquo, sed dissolvo, ac disjicio, ut secedant partes, ac subtilior tranet pylorum prius, reliquæ consequenter.

Hinc rejectæ in formâ *pillule* etiam Catharsin excitant persæpè: licet enim non ad eò promptè solverim, extraxi tamen vim quampiam.

Extracta autem à me vis Cathartica quomodo penetret in vasa, atque stimulet, quasque det turbas corpori meum enarrare non est. Satis ipse molestiarum, ac injuriarum habeo ab alienis illis hospitibus.

Hoc ut affirmem licet, nullam electivam, vel specificam hujus vel illius humoris tractionem à *Purgante* quopiam mihi perceptam. Indistinctim subsequutum, quicquid mihi, viciniaeve inerat tenue, fluxile, edomabile: Idque quò propinquius, abundantius, ac magis obvium. Sic productâ inexpedienter purgatione ex valido quopiam omnes consequenter succos secessisse: quin ultimatim non desistente Catharsi ipsum sanguinem.

Nihil etiam virtute latente quâpiam

*directoria  
non dan-  
tur.*

determinatum, vel ad me, vel ad certam partem adverti. Non eam inveni prudentiam vel in Purgantibus, vel in aliis directoriis alterantibus, nullam intelligentiam.

Næ illa judicio prædita putant quidam stolidè: quasi harpagonibus vel uncis quibusdam noxia attrahere nõrunt, vel emissarios suos in hosticum ablegent, qui cominus agant, ac inimicos propulsent.

Nimirum quasi præside *Eupatorio* rectius ad *Hepar* pergant, ac imperante *Majoranâ* citius ad *caput* transvolent. Non tam abstrusas vires unquam collegi, licet jam à longâ seculorum serie affirmentur. Multas quidem sibi invicem in Herbis junctas novi:

Conducere plurima Cerebro expurgatione phlegmatis: alia idem per odoris suavitatem reficere: quæ Sanguinem ac Spiritus stipant, grata ac suavia, cordi quidem robur firmare: nec *Hepati* improficua, quæ temperant, & depurant à fervore sanguinem: aptiora autem *Spleni*, sin maximè aperiant, ac incidant. Ita equidem augeri semen ab augmentibus sanguinem; etiam stipare Lacte mammas, quæ productionem Chyli in me promovent.

Nec diffiteor me roborari ab illis, quæ astrictione mihi gratâ, ac plurimâ  
pol-



pollent. Et sub hoc signo militare deprehendo *Mentham*, *Absynthium*, *Zedoariam*, *Galangam*, ac plurima alia, prout calore, vel refrigerio opus habeo.

Verum hæc nunc omnia sub incudem revocare, alienum duco. & qui fieri posset? tot mihi de remediis dicenda forent, sin leviculis prætervisis solum prægrandia mihi mala non intenderem, ut vix caperentur omnia.

In quibus enim non spes exhibentium, non industria fraudatur; quod expertam operis vim nullâ limitent prudentiâ; quodque non tam sensuum beneficio, quam externis ridiculè signaturis penetrent in effectuum causas?

Jam autem simul meritò dixero, non astu provideri, ne ego vel aliquod viscerum pessumdemur. Stat per sæpè rei cardo, ut quid agas; incertum sit, me ne adjutes, an auscultes alteri; sin illud relinquas, ejus bono timeas; sin opitulêris, meam ruinam, cui remediari post difficile.

Tum sanè genuinâ moderatione mihi ablandiri neminem satis sentio, sed vel fervido me nimis incandescere æstu, vel rigido torpescere frigore. Ast non persequar, ut dixi, ista, potiusque ad meas ex Purgantibus injurias redeam.

Omnis *medicina salativa* deprædatur vires meas, & laboriosa mihi est: diffi-

Omne  
Purgans  
Ventrici-

*sub la-  
boriosum.*

cilis mea recollectio à tam deleteria qualitate; Impetum enim ego sustineo primum, eumque fortissimum medicamento, dum se insinuat altius in villos meos, graviterque ferit substantiam meam: etiam ubi avidus, vel exæstuans liquorem illius avidè inorsus, pejus offendit.

Nunquam hanc refert gratiam, quin ingratiã majorem recondat: adeoque etiam blandissimum ecoproticum me concutit horrore, & exagitat. Infita illa mihi abominatio naturaliter, & absque hâc crebriori Purgantium usu multò magis conficerer: quin hâc perdurante nihilominus mille modis premor, dum præposterè, crebro, ac diu Purgantibus fatigor.

Id sanè persèpè mihi largiuntur remedia hæc, ut remediis opus habeam.

*Sed ma-  
ximè  
quum  
absque  
necessita-  
te fre-  
quentan-  
tur.*

Non enim semper necessitas usum extorquet *Purgantium*: suscipio eadem multoties, dum securâ sanitate fruor. Tolerarem, sin pro ratione meorum affectuum irritarer, abstergerer, abluerem, lenirer, comprimerer, vel fortiori vi à nocivis immunis redderem.

Sin muccagine mihi tenaciter immorante, vel recrementis aliis obtundentibus liberandus, ne in morbum prorumpant, sufferrem tormenta. Verum insons ego & incolumis quod toties ac  
tan-

tantum affligar, qui hanc satis exprobrabo insaniam?

Macte sint vertute hâc cujuscumque conditionis homines, qui Purgationi tam ancipiti præsumunt, ego nunc laudem eorum carminibus implebo: ego, ne putent se operam perdidisse, etiam quod non jusserint, sequar; nempe me ex crebris evacuationibus languidum, ac officio deinceps meo imparem sistam, aut ad mortem viam quæram.

Sin hoc nolint, ponere jubeo armam tam dira mihi, & malo cavere, ne innoxii simul aliis visceribus parentem injuriâ meâ. Meritò enim

*Quis furor, exclamo, pacem convertit in arma?*

*Quid nostra memere sedes?*

Quum nemo amplius *Ventriculum* putet nobile viscus, nemo modum servet ipsi, nemo ejus robur pluris faciat, sed omnes opertis oculis *Gula* bona computent; quæ ego non turbas invicem cierem? Quæ non attonitus ac effertus casum, ac ruinam sponderem?

Quandoquidem facinore opus est, nudus ecce ego sum; aperta per *Gulam* via est; semel nimis fiat, quod toties fieri doleó. Scio hanc mihi non dari semper gratiam, licet quandoque eam habeam. Creberrimum ego cruciatum, etiâ temerè factum, etiam

ut ignobilis quæpiam particula ab eo præservetur, sufferre soleo. Multor ego, plectorque, modò sit quæcumvis distantissima pedum pars castiganda.

*Et non  
adsit me-  
deramem  
Purganti.*

Non tentatur cum moderamine *Catharsis*, licet facile exsolvar, præpro-  
pereque ad visum vel olfactum vomito-  
riam. Non est præ oculis limes medio-  
critatis, licet difficilis mea tolerantia  
facti dexteritatem confundat.

Etiam quum in cassum sacra commo-  
ventur, vel ancipiti circumstantiarum  
neglectu, vel quopiam medicaminis  
defectu, toties repetitis conficior co-  
natibus, ut vix finem videam. Non  
enim efficaciam operationis meâ tole-  
rantia, non morbi lenimine, sed cre-  
bris metiuntur dejectionibus.

Sic audendum, ajunt: sic secluden-  
dum morbum, licet exhausterint id, in  
quo naturæ vis, ac facultas residet. Heu!  
quoties publicæ vires, quibus mea etiam  
salus immersa est, liberali nimis eva-  
cuatione temerè dejiciuntur! Quin in  
omni ætate omnibus idoneus judicor;  
non quid feram in unoquoque attendi-  
tur, nec à molliori quopiam auspiciam  
explorationis capitur.

*Ipsa Le-  
nientia  
sape Ven-  
triculo  
incommo-  
da.*

Ipsa Lenientia, quæ dicuntur, non  
absque meo aliquandò detrimento in-  
geruntur. Sub ipso fermentandi mune-  
re, non est mihi pax ab illis: ne in ma-  
lam

lam abducantur escam, nemo veretur. Etiam ubi in validam evacuationem jam effusus fui, veniunt. Quum implicitus feбри, non saltem à paroxysmi vacuitate eorum usus initur.

Jam vitium iis in substantiâ; jam nimio frigore algent; jam nimis acri emicant vi; adjecta ipsam leniendi vim quandoque expugnârunt; odori ac sapore vitia adhærent innumera, quæ adversis non benè eluuntur; ætas haud rarò vitium fecit, unde ob cænum repudianda fuissent; alias novitas in vitio est, nec excocta malignitas; adeoque innumera sunt in iis, meæ afflictioni destinata.

Taceo quod plenis nimis haustibus me resolvant, ac in flatus conjiciant. Nequidem ipsum *Prunorum* decoctum mihi semper innoxium. *Oleis* laxantibus per crustam panis adustam immedefactam non eximitur mea subversio.

*Manna* non semper acrimonia exempta debito diluto. Sæpè in immanem dolorem ab indebito *Cassia* usu abreptus fui invalidior paulè, & languidior. Nunquam eam ferme flatibus liberam, & à madore castigatam benè habui.

Jam *Tamarinds* crassitie; jam *Syrupi solutivi* exsolutione nocent. Quæ ducunt ideam *Opiati*, tam importuna & ingrata mihi, ut vix retineam. sin re-

tinuero, olidis ab iis ructibus emissis  
manifesto molestiam: barbaram eorum,  
ac crassam mixturam liberè nec securè  
meis percipio laribus.

Nec A-  
loè, Hiera  
picra, Pil-  
lulaque  
ex his tam  
grata  
Ventricu-  
lo,

At nunc *Aloën*, *Hieram picram*, vel  
*pillulas* meo nomine insignitas quid di-  
cam? His prærogativam præ omnibus  
dedit *Galenus*, dedit *Mesue*: singulari-  
ter enim amicam, & gratam mihi *Aloën*:  
purgantia cuncta mihi infesta, hanc ex-  
cipi solam, quod robore me laxum ac  
flaccidum afflet, putredinem arceat.

Hieras contaminantem pituitæ mo-  
lem abscindere, flatus excutere: quin-  
imò necessariò mihi benè esse ab assi-  
duo ac proficuo harum usu.

Perrexit & eò usque infania, ut per-  
petuantia hæc nullum morbis locum  
dare senferint.

Verum eheu! quam pessimè mihi  
*Galenus*, *Mesue*, & eorum sequaces!  
Innumeri horum errore spondentes si-  
bisenium, immaturè obière. Ipse sibi  
*Mesues* effecit continenti *Aloës* usu, ne  
venirent sui anni ad tesseram.

Amaritiem equidem tantam penitus  
abominor, utpote nocivam. Quid?  
ergò *Astrictoriam* vim ab amarâ distin-  
guere nequeunt? Quam subdere spe-  
ciem licebit, ut amara mihi gratiarum  
loco sint?

*Amara* astringendo, fateor, pitui-  
tosum.

tosum me, ac humidum sublevant. Sed in non amaris hanc astringionem præmo. *Dulcia*, vel *acida* sin astringant, arctius illa amplexor: Enormis autem amaritudo Aloës excludit ab astringione illius amicissimum meum amplexum.

Nequidem in *Hierisita* correctam deprehendo *amaritiem*, quin inimicam habeam. respuerem equidem, nisi simul astringerent. Pernitiosum ergò hoc dogma, licet ubivis invaluerit.

Abominanda incurro mala per continuum *Aloës* usum. In biliosis, siccisque res notissima est: quin expertis planissimum, quid malorum inde hauriat vicinus meus *Hepar*. Contestatur *Scaliger*, & oculis heic apertissimis *Cardanus* de Sanitate tuendâ scribens.

Quinimò, ut progrediar ad alia, *Rhabbarbarum* præ Aloëticis me mitius & convenientius firmat: non enim ejus astringionem tanta comitatur amarities. Nec tamen, licet plurimis dotibus insigni depopuletur bilem, mihi idimmo molestum est. Sæpè inefficacem ejus ἐκχάλωσι, & vim cocturâ disperditam; sæpè aliis socium habeo, unde non exsurgit benigniter.

*Pleraque alia Purgantia Ventriculo inimica.*

Etiam *Sennam* mihi gravem jurè dico: torsione enim me iniquâ excipit, licet aniso ac zinzibere stipetur.

*Agaricus*, licet tutus audiat omnibus, horridus tamen mihi, ac infensus.

Sed *Turbith* infensus, quia molestissimâ turbatione me subvertit.

*Scammonium* quidem nimis mordaciter me inspirat, & rodit, etiam frequentissimum. Cæterum quandoquidem tamen molestum purgamentum sufferendum habeo, non indignor addè ejus cum *Tartaro* mixturam: nec enim indormit amplexibus meis, sed festinanter me deserit.

Non referam ulterius, quomodo *Hermodaëtylus* spiret sædos flatus, & *Colocynthis* venenosam violentiam; *Euphorbium* anxie mihi adhæreat; *Iris* licet ovo, licet aquæ vitæ immersa veniat, ingratius lites; *Gutta Chamboie*, *Elate-rium*, *Gratiola*, *Esula*, & alia non saltem difficilia sint, sed terroris plenissima semper. Nec quæ à virulentis utriusque *Hellebori* pulvisculis, infusis, decoctis patiar, oculis amplius subjiciam.

Non enim incognita sunt expertis; & inexpertis frustra ego occinerem; nam questus meos audient nunquam. Tam longè id abest, ut nec dosin, nec vehementiam, nec naturam cujusvis exploraturi sint vel ex aliorum monumentis, vel usu debito.

Temeritati potius condonant suæ omnia, secretiorique me exagitandi modo.



modo. Hâc consuetudine in legem permutatâ libertatem electionis sibi non præscindunt, ne cogantur ad præscriptum hujus vel illius.

Jam autem operosa illa contexta quid tangam, quibus me toties obruunt? Non ad eò meâ refert, sive simplici, sive composito me anxietat: Attamen immodicam variorum farraginem, quum cœunt in confusum Chaos, his illis destinata, jure vitupero.

*Sordens etiam Composita Ventriculo.*

Simplicem enim præfero cibum, simplicem medicationem præhabeo: nec firmus, nec fractus multorum copulam tolero. præsertim quum *Indus*, quum *Arabs*, quum *Oriens*, & *Occidens* ad me obruendum convolare videntur. Parum tamen id æstimarem, modò rædium mihi debitè demulcerent.

Nunc autem quid & susque, deque usurpandi moderamen habent omne. Tepida mihi ingerunt decocta, vel infusa; non actu calida, non frigida, licet ea præoptem: quin omnia non ablutis prius ab obsidente musq; faucibus.

*Usurpandi modus præposterus in Ventriculo lam redanda?*

Quid? nequidem superbibito quopiam eluere ex me dignantur reliquias.

Quum largus Frigidæ haustus supersumptus actionem purgantis promoveat, ejus noxam à me cohibeat, frigidam

gidam

gridam tamen canē pejus & angue formidant.

Memini quidem me in Prorege Sicilia quopiam propinatâ *Aqua frigida* librâ ab ejus *Medico Ingrassiâ*, post purgantis efficaciam adauctam, ab omni feliciter morfu ac nausêâ liberatum: Memini me in aliis eandem felicitatem sortitum.

*Mixtura Purgantium cum cibis non.*

Quid porro? ut corrumpant actum medicaminis cibo, vel ut cibum corrumpant medicamine, ea invicem improbè permiscent: turbatam mihi coctionem, inquinatum chylum non astimant.

Saltem id sectantur commodi, ut restringant ac deprimant nauscam, quicquid etiam molestiarum mihi intus causent: Id ergò laborare est, ut pharmaci sopiatur vis, & mihi utcumque negotium prodeat atrocius.

*Nequidem mixtura cura cibis Pillula felicit.*

Quid autem amplius? *Pillulis* ante vel post cibum ingestis crâssa, & longè diffusa abducere per me tentant: quasi ea vis formæ sit, nec *pillula* saltem fortius agant, quia ferruminatæ & compactæ ex fortioribus.

Quæ enim traherent mihi inhærendo? Vim iis extraho, quæ transfusa Cordi, illud stimulat, ut ad Intestina rejiciat commota per fermentationem. Tardius autem evacuant, quod non pro-

protinus tam solidis vim illam eliciam.

Ego hanc *pillulis*, præter alia, noxam debeo, quod longiorem mihi moram nectant, & sicut omnia solida, diutius affligant. resolvere enim prius liquida possum, quo pensum citius absolvant.

*Pillula* igitur quo minores, eò minori negotio mihi sunt, absurdâ quum mole eas habeo, etiam irresolutas emitto. Sed cibus mistæ gravem mihi pœnam incutiunt, quum coctioni confundunt molestiam, & nequidem potentia earum in actum efflorescit.

Attamen *Somnus* colliquandis *Pillulis*, aliisque valentissimis, quæis virulentia plurimum, conducere putatur. Indormiendum medicamini, ut vis plenior excitetur, vel saltem ut ego per *Somnum* commodius amplexer; quasi nempe coquere debeam medicamen; somnusque vehementiam hebefacere possit, quum saltem præcipitantiam sufflaminet.

Sanè, si fortitudo pharmaci, vel debilitas foret, quæ somnum prohiberet vel permetteret, concederem. Nunc per somnum ego patior durabilius, & discussus ille nauseam mihi conciliat. quin modicum repressa vis in cavo meo, furit post toto corpore insolentius, ubi in actum eruperit.

Quid autem si arctior sit ille somnus;  
 non

*Somnus  
 ab assum-  
 ptâ, par-  
 gatione  
 improfi-  
 cius.*

non sanè effectum æquè bonum permittit.

*Purgatio  
Clystere  
non bene  
promove-  
tur.*

Tum ergò *Clystere* agendum putant, ut actus purgandi promoveatur. Itane? scilicet ut distendantur magis *Intestina*; nec pharmaco, ruentibusque succis detur exitus? Ex repugnantia ut mihi oboriatu anxietas, & turbo dolorificus in me concitetur?

Verum enimverò quenquam hoc non tangit malum, ut vel simplici Suppositorio eundem acceleret effectum. E contra *Hypercatharsin* non præcavent, quum ei sufflaminandæ nôrint *Narcotica* ut plurimum sufficere, quasi ab iis nil mihi formidinis.

Sed hæc non moveo camarinam. Quoniam:

*Sunt alia clades, sunt læsa vulnera pacis,*  
quæ me avocant ab hoc cursu: nolo enim plura de Purgantibus, ne aliena mei juris faciam.

*Ab omni  
alio Me-  
dicami-  
num ge-  
nere pa-  
titur  
Ventricu-  
lus.*

Cunctis per me solum patet aditus Pharmacis: ab omnibus aliquid suffero, absente præsertim moderamine. Non *Alterantibus* quibusvis, non *Sudorificis*, non *Diureticis*, non aliis cujuscumque generis deest me vexandi aculeus.

Jam molesti nimis copiosi *Alterantium* haustus: jam truculenti illi ex *decoctis sudorificis, Guajacinis*, aliisve: his eam meorum laterum distensionem debeo, ut

ut totus fluctuans me recolligere nequeam : illis eam virium deperditionem ; cui periculum subest : etiam quum temperando febrium æstui enormiter destinantur, vel aliter nimis exsplendescunt.

Nam sæpius alterando non obtinere effectum student, sed semel facto nimium opere.

Multoties intervenientia Cibis *Diuretica* actiones meas perturbant.

Quandoque miraculosæ *Acidule*, quarum alias acori abstergenti robor & solamen plurimum debeo, nimiam & ineptam mihi subministratam copiam inter necinum ingerunt frigus.

Ipsam *Limoniorum succum* trimestri spatio ad extirpandum vesicæ calculum ebibitum memini me in aphtas conjecisse mortales.

*Theriacam* in infante tenello non sustinui indebito pondere, quin succumberem, antidoto in toxicum converso.

A *Manna* tam infanti pluries convulsionem sum passus ; dum malè administraretur.

Quum *Capiti* vitium fit, ego ab *Apoplegmatismis* & *masticatoriis* nefandam suppetior spurcitiem.

Quum *pectori*, ab illabentibus *Linctibus*, qui lentam dulcedine me exsolvunt, & cavo meo incrudescunt.

Quum

Quum *Utero*, ab amaris ac fetidis subministratis horribilem nauseam tolero.

Quum *Vulnus* cuiquam inest parti, ineptis, confusisque *Potionibus* obruor, quibus astringendi vim & consolidandi per me & reliqua viscera ad vulneratam partem excurrere posse putant absurdissimè,

Dum *Hepar*, ac *Lien* obnoxia sunt *Æsculapio* viscera, ab admotis intoleranda suffero: Jam applicata actu frigidissima *Emplastra* horrorem sæpè, & singultum incutiunt lethalem. Jam eadem ad eò me stringunt, ut non nisi violenter ad capescendum cibum me extendere possim.

Quin perversè mea mihi antèrius applicantur, quum dorso propinquior ore, ibi iisdem admotis melius exciperem vires.

Sed cumulus malorum interiorum in causâ est, ne exteriorum memoriam amplius excutiam. Vix hæc omnia in tabulam producere ignominiosis nominibus possum. Nihil enim tam brutum, tam à fræno liberum, tam à sensu ac ratione remotum, tam sursum, ac deorsum nihil, quin ego subijciar ac tolerem.

Sum sæpè peculiari complexionis meæ modo, vel consuetudine liber ac tutus à variorum noxâ. Etiam inoffensus

*Medicamentorum loco sæpe Venena existia accipit Ventriculum.*

sus pertuli *Opii* semunciam, ac totos *Hellebori* manipulos: nec ab *Antimonio*, atque *Hydrargyro* eam habui offensam, quam alias ut plurimum.

Attamen quoties inescatus innocentium noxâ, quoties tutissimorum scelere violatus? numero retulisse solo tædium ferrem.

*Aquam Chrysulcam* sæpè habui, quum Spiritum vini spectâram: *Sublimati mixturam*, quum Syrupum aliquem: tanta autem cum excoriatione, afflictione, tormine, substantiæ meæ everfione, & depascente ulcere, ut vitæ raptum traherent.

Pestem eliminari appenso ex *Arsenico* amuleto somniant: hoc mihi vicem *Terra sigillata* subiit.

Quin substitutus pulveri ad necandos vermes is aliquando, qui Muscis exitiosus est.

Inter acetaria *Ranunculum* commestum vitæ meæ insidiosum memini; & Tortam ex *Cicuta* loco Cerefolii confectam.

Aliquoties haustus ille vini mihi exitiosus fuit, quem inextinctus *Aranæus* pestiferum fecerat.

Pulvis *Rhabarbari* ex mortario triturâ *Cantharidum* infecto me adeò quidem excoriavit, ut octodecim vix restituerer mensibus.

Quin

Quin *Scammonium* juri mixtum lethiferum habui haud rarò.

Et *Plumbi* pulvere cum variis porrecto tantâ me torsione & dissolutione affectum, ut ructibus à plumbo nidorosis & flatibus diffuerem, fateor.

Quid *Rasuram de Campana*? Quid *Nappellum*, *Aconitum* in jusculis? Quid alia deleteria & *Venenâ* adferam?

*Schenckium* adeat, vel alios collectores, qui plura cupit.

Quid ab *Uvis* commestis, quum ab *Araneis* infectæ erant; quid à *Prunis* sub arbore collectis, & à *Fragis Busone* inquinatis; quos dolores, tumores, convulsiones & angores passus fuerim, testis mihi *Hildanus* est. Non sedeo ad calculum talium, ne actum agam.

*Venensosa non fuit Potio, sed Purgans, quæ Alexandro Magno oblata.*

Occultum sustulit me veneficium in *Carolo Calvo*, *Henrico septimo*, *Arnoldo Bavaro*, *Othone tertio* Imperatoribus: Sustulit me in *Catharina Angliæ Regina*, aliisque.

Sed quur non sustulit in *Alexandro Magno* ea potio, quam *Philippus Medicus* præpararat? Id, quod res est, dicam: Purgans ea erat potio, non prorsus deleteria, reclamante nequicquam *Parmenone*. Suspectam eam quidem reddere Symptomata prava; animus linquens, angustia pectoris, spiritus interceptus, torsio mea, ac subversio.

Verum



Verum solitus eram hæc talia incur-  
rere etiam à Veterum Purgantibus :  
præsertim sub habitu cholericò ac deli-  
cato , qualis *Alexandri*. Averruncandæ  
ergò saburræ excrementitiæ destinarat.

*Alexander* autem triduo ante hujus  
exhibitionem, à lotionè in *Cydno*, amne  
frigida contraxerat Spasmodicam con-  
vulsionem. Unde pallor exspiranti si-  
milis in vultu; motus in extremis tre-  
mulus conspicuus, & defectus caloris  
ubivis.

Hunc ejus statum *Philippus* primum  
convenientibus correxerat, ut recol-  
lectis viribus potioni huic par foret *A-*  
*lexander*, & robustior ejus vim ferret.  
Nec id contigit, nisi tertio demum ab  
insultu horum accidentium die, quum  
potioni locus factus. Non fuit ergò  
Venefica hæc potio, licet veneficæ si-  
milis.

Frænum injici posse *Veneno*, & viribus  
sic occultatis aliquantisper illud otuari  
non nego. Verumtamen Spiritus fer-  
mentalis meus nunquam otiosus actua-  
re id solet tandem, ne quiescat: Adeò  
ergò omne Venenum vel vincitur  
promptè & excernitur, vel indefinen-  
ter & omnino defævit: Non ullis te-  
netur legibus, nulla methodo: Nihil  
periodicum, nihil determinabile in eo.

Quum cibo mistum me ingreditur,  
vires.

*Actio Ve-  
nemi non  
est deter-  
minata.*

vires quidem suas non ad eò promptè exferit. Vomitus quin etiam aut dejectio me ab eo citius deliberant.

Unde in *Circumforaneis* oppletus cibariis pinguibus multisque subinde venenum haustum rejicio vomitu, nec ad eò lædor. Contingit idem mihi sæpè alias.

Quum *Arsenicum* edulio *Oryzæ* mixtum in *Leodiensibus* quibusdam accepissem, perii, quibus non cibatus antea: at cibus præoccupans internam meam membranam non sivit erodi.

Quinimò hanc excoriatam vel arrosum promptè semper non sequitur interitus. Possum enim hoc largiri *Henrico ab Heërs* in *decima sexta quapiam Observatione* id confirmanti. Sed quo longius abest interitus, eò durabilior miseria mea. Nec ambiguum hoc est: præscindendo ergò inanibus verbis cursum.

*Deleteria* Præter *Venena* mihi ingesta, etiam  
*Vis etiam* aliundè originem trahentia quandoque  
*ingenera-* habeo. Deleteria vel Venenis analoga  
*bilis Ven-* vis resultat in me etiam ex lacte, ovis,  
*triculo:* aliisque peculiari modo corruptis: quin  
 & ex excrementis variis.

Tum sanè ad mortem anxius degere soleo. scilicet tam rebellem materiam alienus mihi calor occupat, corruptione ac putredine indicibili.

Hæc vis putredinis naturæ sui generis insita etiam *Animalculum* mihi molitur, format-

formatque varium. Non interim *Bufo-*  
*nem* ex assumpto ejus semine, vel *Ra-*  
*nam* ex ingesto spermate. Putredo illa  
verminosa coalescere quidem in succu-  
lentum *Lumbricum*, non ossilentum ta-  
le animal potest: speciem itidem subire  
*serpentis*, *lacertave*, non esse infert.

*Stockerum* quendam mihi talia ani-  
malcula per os extraxisse falsissimum:  
scilicet egone locus sum cui sperma *Ra-*  
*ne*, vel ovum *Bufo-*  
*nis*, vel aliud quip-  
pam quieto hospitii jure frui queat?

Afflictum me à variis *vermibus* haud  
inficior. Quin magè, ac severius, quum  
ab Intestinis approximarent, & os  
meum dextrum invaderent. Incre-  
mentum quoque doloris vel decremen-  
tum sensi, prout jejunos, vel cibo pa-  
stus eram.

A Ver-  
mibus va-  
riis, aliis-  
que inge-  
stis vel  
affligitur  
Vetri-  
culus.

Rursus afflictissimè aliquando degi;  
quum per apertum dormientis in agro  
*Rustici* os irrepserrat mihi *serpens*, quem  
tamen haud ita diu regeffi.

Sic & *Musca* involavit cavitatem  
meam, & per horæ tractum me miserè  
afflixit.

*Scarabæum* quoque vivum tridui spa-  
tio continui, quo tamen brevi demor-  
tuo liber evasi.

Quod *Gammarum* vivum cum asper-  
rimo cruciatu, terribilique convulsio-  
ne hauserim in Fatuo quopiam *Hilda-*

*mus* mihi testis est. Sed plura possem conferre, nisi item inanimata vicem exigèrent.

*Etiã à Lapidibus ingenuis, vel aliis deglutitis.* *Lapidicinam* me multoties factum quur negem? à *Lapidibus* enim mihi congenitis intolerabili, crudelissimoque dolore confectus fui non infrequenter. Vomitu etiam hos rejeci, sed crassissimæ immersos pituitæ ad necem usque continui frequentius.

Corneam, præduramque massam fundo adhæsisse meo retulère sectores à morte meâ; vivus enim nunquam ab iis liber factus.

Cæteroquin ingesta per os quamplurima insolenter me divexârunt aliquandò. *Saxa, Carbones, Clavi ferrei, Cortia, Cuspides fracti ensis acutissimæ, prærupta Cultri acumina, Annulli aurei, & quæ non obhæsere cavo meo?*

*Tentam Chyrurgicam* gulæ illapsam multis annis tabidus continui.

*Acus aenea* in muliere quâdam decem annis me terebravit.

Ex vitro frustillarim immisso non evasissem in *Dantiscano* quopiam, nisi abs ingesto crassiusculè trumento provisum fuisset.

*Lazarum vitrivoracem Columbi, & Rusticum cultrivorum* notissimum non dignor memoriâ.

Dicta hæc singula mihi ingesta meminij;

mini; non simul, ac eodem tempo-  
re: nec adè promptè egesta, quin  
anxiè cayum meum, licet asuetum  
oblæssent.

Quod eigrò ferrea, ærea, lignea, os-  
sea, & alia monstra naturalem Oesopha-  
gi expansionem superantia rejiciam in  
*Dæmoniis*, vel aliter *fascinatiis* ne credas.  
Congeries talium in os, imasque solùm  
fauces cum minis strangulationis im-  
pulsæ erat à *Diabolo*.

*Sed per  
fascinum  
rejecta  
non conti-  
nuit Ven-  
ticulus.*

Sic enim elusâ oculorum acie simpli-  
cem te in nassam suam illicere tentat  
veterator. Ludibrium illius est tam e-  
normis vomitus: illæsus ego ante ac post  
eum maneo. Nil chyli vel cibi assumpti  
unquam simul evomitum videbis.

Nervoso, stricto, sensibilibque ore  
meo rejici hæc talia non potuissent: fla-  
tus transiens, acris acidusve humor il-  
lud pungere solent: etiam periculosa  
mihi lucta ab ignoranter deglutito pilo:  
Copia autem talis non transversim me  
collisisset?

Nec *Agricola Langii* aliud docet. Li-  
cet enim vivus sub illæsa cute clavum  
ostenderet, illeque excinderetur; li-  
cet in demortuo, quam cultro, dolori-  
bus adactus sibi gulam abscederat, vide-  
rentur in me inveniri per dissectores  
lignum oblongum, quatuor ex chalybe  
cultri, cum capillorum involucris: non

*Exem-  
plum  
Langii  
lib. 1. E-  
pist. 18.  
singulare.*

ego vivus horum quicquam continui. *Arte diabolicâ* sub manibus anatomicorum administrantium mihi ingerebantur. Flatuum copia, & acrium affluxus suscitarent dolores, eum ad mortem adigentes. Non clavus ille è regione mea exsectus fuerat dolorificus, extracto enim eo remanserant cruciatus.

Quin sub ipsam sectionem cutis, ac carnis clam ingestus erat à *Dæmone* clavus ille. Nec est hoc tam abstrusum, ut nusquam lucem admittat. Nihil dum addo ergò, sed ad alia progredior.

*Sub morbis variis variis patitur injurias Ventriculorum.* Sunt agmina *Morborum* toto sparsa corpore, quæ me intolerandis obruunt injuriis: Has ut, antequam ad propria Corpusculi mei mala accedam, leviter percurram, exigit institutum.

Nec enim quanto meo malo Affectus omnes subito gignantur, vel causis silenti pede, repentibus sensim invalescant, ac malignitatem bibant edifferere vel prolubium, vel votum mihi est: Vix etiam meo calculo exputari possint. Sufficiant, quæpiam injuriæ meæ speciminis loco.

*Non adeo frequens Vaporum ex Ventriculo in Caput elevatio.* Principiò tanto quum distem à capite intervallo, nihilominus universa prope modum strues ægritudinum, ex meo fonte uberrimo arcessitur. Non ego me immunem, aut semper insonstem volo. *Vapores* etiam ex me per Oesopho-

sophagum in caput ascendere quandoque haud abnego. nec iniquum *Vaporum* censorem *Helmontium* audiendum censeo: per solum enim actionis regimen citra fumum, vaporemve caput mihi non auscultat.

Interim tam crebro causarum locum obtinere *Vapores* ex me elevatos non sine injuriâ meâ gravi statuitur. Opportuna doloribus, aliisque affectibus pars est caput; sed impotens ipsum per casus multos suo pte sibi nixu gignit varias causas.

Cor quoque frequentius muginatur ipsi malum, ac ego. Solitò potentius quum pulsat sanguinem, tensio oboriuntur, anastomosis, ac extravasatio; Dum turgentes succutiunt arteriæ, & destillat ex solutæ partis margine, quod circuibat cum sanguine.

Sæpius etiam vitium sanguini exsorbescens non excoquit Cor, sed in vicinius sibi caput propellit. Ex inculato illò alimento in caput profecto, ac vasis excidente clades consurgit multò maxima & varia.

Quin circulo sanguinis impedito succus solet Meningibus impingi, & in osculis *Ἰσχυρῶν* restagnans inordinatum concitare spiritibus motum, eosque in gyrum rotare.

Quod sin æstuosis, biliosisque extra

ordinem particulis perfusus sanguis in inania cerebri spatia ingurgitet, efficit ut sibi non constet præ sebris copiâ homo.

Sublimatum autem acidum quippiam, si ab astro suo depulsum ruat in spinæ medullam, tactum, motumque resolvit. Et in falsum commutatum, excitat convulsivum, involuntariamque motum.

Sic impurissima ac maligna illius tinctura, vel impressio ad Epilepsin postgenia mediantibus etiam arteriis congeritur per *rigorantiam* materialem. Restagnans Cerebro Sanguis dejicit Spiritus à quietâ temperie, & terrificè contaminat. Idem simul reservans biliosa & adusta, sicque in rete mirabile effusus incendit maniacè spiritus.

Sed quid ego harum calamitatum censum in eo? alienæ à me sunt, tum quoad ortum, tum quoad progressum. Monstravi alium fontem, monstrare infesto infrequentem vaporum ex me sublatorum causam.

Soleo quidem injuriâ fatigatus Cerebrum ac Cor in consensum abripere: Sicut vulnera & alia capitis mala, me in contagionem ad vomitum abducunt, Semper enim nervorum adest communitio, licet nulla materiæ translatio.

*Raro Epilepsia.* Attamen raro *tedium* ex me *Epilepti-*  
cum



cum proficiscitur ; rarò biliosa sanies *Incubiis ;*  
 hunc in lapsum corrupta in os sensibile *aliaque*  
 meum influit , vel à chylo ægrius resta- *capitis*  
 gnat. Quin æruginis more ferociens *mala ex*  
 bilis ; versaque in alias species vomitu- *Ventricu-*  
 rum meum potius sequitur , convulsis *lo obo-*  
 simul nervis , quam ut vaporosa trans- *riuntur.*  
 feratur.

Nisi symbolum mei cujuscumque mali  
 simul enitescat , falso accusor , etiam  
 dum *Incubus* à crapulâ natus obversatur.  
 Non ego protinus fumos ejusmodi eru-  
 ctavi , licet indigestione jugi vexer , &  
 flatulentiâ incurser : equidem onus  
 grande à depressa cartilagine ensiformi  
 sentio ; ac ut mormo talis fugetur , pro-  
 spici bonâ mihi gaudeo diætâ , quia te-  
 nuiter cibato non contingit.

Attamen sine præambulone meâ  
 passione aliquâ , in culpam iniquè con-  
 jicior : Insons etiam ut plurimum reme-  
 diis obtundor.

In *Catharorum* insultu nec ego , nec  
 Cerebrum ipsum , nisi minimam mate- *In Ca-*  
 riæ partem conferimus. Nec enim in *tharris*  
 Cerebri pomœriis copia illa retenta *non Ven-*  
 fuit , nec tam pleno imbri ex eo de- *tricus,*  
 fluit. *& nequi-*  
*dem Ce-*  
*rebrum*

Paucula superflua recipit *Glandula pi-*  
 tuitaria per infundibulum ex Ventricu- *semper in-*  
 lo tertio , sensimque ea consumit. *culâ.*  
*Caro-*  
*tides Arteria* copiam mucii suppeditant.

Juvenis enim omnis à Corde sanguis deorsum ut deponit recrementa varia; ita & sursum in dispositos circa *glandulas* narium, palati, faucium, orisque *Lymphæductus* aquea & serosa: hæc autem dissona naturæ legibus evadunt harum partium immoderamine, ac divertunt spongiosis anfractibus, blennam ac mucum repræsentantia.

His dum respondet nullatenus emunctio, toties ego obruor Spiritu narium attractis, ut fando assequi nequeam. Dum desudant ergò ex vasis *ρύματα* illa in modum roris, sanguinis scoriæ tam copiosæ defluunt.

*Cerebrum* non mundatur à mucosis, viscidisque his, nisi quatenus dephlegmatur sanguis à fecibus, antequam in *Cerebrum* evehctus sit. Nullum fermè aliud *Errhina*, ac *Sternutatoria* præstant *Cerebro* beneficium. Quid ergo ex me sublatis vapores toties in crimen eunt?

*Frustra* Quid vel *Vomitoriis*, vel *Pepticiis pulve-*  
*ergò Re-* *ribus*, *Electuariis*, aliisque ego semper  
*mediis* incurso, ut in me vapores coërcean-  
*semper* tur? Materiam vitiosam atque spurcæ  
*Ventricu-* indolis mihi infundi sæpissimè sentio,  
*lo prospi-* non adèd à me procreari.  
*citur.*

Egone hujus tam copiosi mali sempiternus focus sim, ego tam creberrimus fons? Sin *Cardiogmon*, *Nauseam*, *mordicationem*, *ructus*, *anorexiam*,  
 quibus

quibus ego prodor, attendi perciperem, non refragarer. Nunc, quum nihil meorum se manifestet, excludine mihi vitium absque ullo moderamine debebat?

Heu! quoties in ipso paroxysmo Epileptico, vel Apoplectico, provocato enormiter vomitu præceps in mortem actus fui. Heu! quoties neglectim habito robore, reperitis inutiliter depletoriis sensim defeci.

Atque occasione *Pervigiliarum* sine exhibita *Narcotica* tangere prolubium foret, ubi finem invenirem lachrymarum? deliquia, tremores, pruritus, convulsiones, aliique testes malignitatis firmissimi meas passiones manifestant: ipsa subito consequens mors non infrequens.

*In Pervigiliis  
Narcotica  
ut dam-  
nosa Ven-  
triculo.*

Turbari his cibo admixtis actiones meas, licet blandâ effumatione demulceatur Cerebrum: immemorem me officii mei Infantibus, licet clamosi dolores parum conquiescant; initantibus Febrium paroxysmis suffocari mihi vim fermenticam, ejusque expansionem præpediri debitam, licet levamen spondeant *Narcotica*, sentio.

Myriadem malorum aliorum non tango: Præsertim quum vix ovo exclusi gravem ac senilem in iis substituendis subeant provinciam, ut certa

exit mors, sine ullo præludio.

Jejunus quandoque *Vertiginem* excito, quam levissimo quopiam jentaculo evertere possent: Huic nonnisi Laudano exhibito satis præcautum putant. Quamyis autem ab eo vesperi ingesto manè fortiter evomam, quia relictum sulphur fatidum me relaxat & ad vomitum stimulat, non perpeffi hoc mei per noctem laboris signum advertitur.

Quin *Helmondus*, quin alii non desistantur ob id hunc abusum; sed fortiter insistendum suadent, etiam ubi *Tussis* pectori molestus, vel alias spiramento noxa adest. Sed non lubet mala plura hujusmodi oculis subicere, quæ *Narcoticis* debeo, quum pronus iis lapsus cautissimos etiam quosque seducat.

In Febribus aliisque morbis Cordis quid patiatur Ventriculus.

Per Febres plerasque, aliosque Cordis morbos non minores injurias patior, ac quum Capiti vitium factum. Utque id presse monstrem, commenta *Vaporum*, ac *fuliginum*, quibus Cordis pulsus, ut febrjat, accelerari hætenus creditum non perstringam.

Stimulo, ac molestiæ esse Cordi corruptum omnigenè sanguinem putrefactum acrimoniâ vel salinâ, vel acidâ ferocem constare satis censeo. Hunc liberis in vasis dominantem funestâ calamitate etiam per Arterias in me rueret, & postquam Cordis Ventriculos tran-

transiit , variè effundi , scire est.

Hâc viâ quum advenus depravatus ille succus sit indigenus mihi , pertinaciterque laceffit , concutior sæpius , ac perdurante singultu excutere eum tento.

Sæpè verò , quum saltem acrimonia vel salina vel acida succorum obhæret cavo meo , in nauseam , vomitumque me proritat. Alias amplexum meum impedit , & uredine quapiam me inflammosin abripit. Jam etiam acore suo stimulum infert Spiritui fermentali meo , ut urgentius vellicet ; Jam alienâ temperatura dejicit , ac enervat eundem.

Sin autem salsa quapiam *pituita* divagârit vasis , & à Corde in me propulsa fuerit , solet ea impacta ori meo nervos comprimere , & acrimoniâ inficere , ut injuria hæc ad Cor denuo manet. Non quod quippiam regurgitet , sed quia Nervus valvulas Cordis simul intrat , quibus ex continuante affectione impeditis , cordis expulsio remoram trahit , ut hinc Spirituum , ac sanguinis defectus , adeoque *Syncope* oboriatur.

Eodem filo insurgere solet quandoque *Syncope* per *Cardiogmon*. Dum enim laceffitur os meum nervosum , ducitur etiam nervus Valvularum Cordis in consensum.

Fugacius tamen ac mobilius est consequium hujus sympathici affectus; pertinax & magis pertinax, quum Cor per febrim simul affligitur, quamvis rarius accidat.

*Sitis non est accidens Ventriculi, sed Faucium.* Variis etiam aliis modis per decursum *Febris* affligor. Totius enim effervescentiâ simul incandesco, ac æstu abripior. Licet interim acris, nitrosaque in me deponatur materia more dicto, non tamen *Sitim* effero.

Nec enim hoc Symptoma meum est: pernicioso mihi dogmate id creditur, & consecrarium iniquum infert. Faucibus inest desiderium siticulosum, dum arent deficiente, vel absumpto per æstum, labores, immodicasque evacuationes Sero; dum exasperantur, amarescunt, aut falsugine nitrosâ obsidentur.

Non mea hæc uredo est, non meus pruriginis ille sensus. Extra lineam meæ temperaturæ sæpè abii, nec ulla tamen sitis adest. Et mea communis faucibus membrana me in eundem abripit æstum, postquam jam *Sitim* concitavit.

Ex his concludas licet, quam miserè degam, quum ardenti *Sitis* uredine capiuntur Fauces. Repleor omnigeno potu, qui fauces inefficaciter præterlabitur.

Sub ipsis *Februm* paroxysmis affatim

tim ingesto potu fluctuo, inflor, ad nau-  
seam vomitumve irritor, totusque dis-  
jicior; nec hilum cedit urgens in fauci-  
bus *Sitis*: Quin æstum inde majorem  
accendi contingit.

———— *Siculi non invenère Tyranni*

*Tormentum majus.* —————

Sin fructum quem ferret mea ex tot re-  
petitis haustibus repletio, tolerandam  
haberem.

Nunc ego onustus vix evado, nec  
sitis tamen compefcitur. Sin Cordi  
cuiquam foret mea salus, non potu  
mox fauces præterlabente tollendam  
judicaret sitim, quo tolli nequit: Po-  
tius Gargarismis refrigerantibus & ex-  
tergentibus humectarentur fauces; po-  
tius frigidâ aceto castigatâ, vel succo  
sempervivi nitro respersi, vel mucila-  
gine cydoniis, cui saccharum candidum  
intermistum, extractâ abstergerentur,  
& eluerentur: potius prunellorum syl-  
vestrium locustis commestis, (quas omni  
potu potiores rectè judicat *Hartmannus*)  
vel conditâ lactucâ, corallo, nitro, aliis-  
que ore detentis saliva excitaretur con-  
veniens.

Verum ut dixi, non est cuiquam hoc  
curæ, vel cordi. Ego enim hujus tam  
urgentis symptomatis fons, & locus ju-  
dicor. Modò ego peream, prospectum  
sibi satis censent. Tanquam nil intersit,

faucibusne quippiam infederit, vel mihi. Tanquam nil placere possit, nisi quod mihi grave.

*In febris  
bus conti-  
nuis,  
aliisque  
frustra  
torqueri  
Vetri-  
culum  
Purgan-  
tibus.*

Ad alia mala, quæ sub februm in-  
cursu torqueor, progredior. Quam ne-  
gotium intolerabile in continuis, & a-  
cutis suffero à *Purgantibus!* Disuadet hæc  
frustra *Galenus*; Et licet exsudationem;  
ac diuresin præferat cum ratione, non  
auditur, æstum equidem febrilem usu  
purgantium adaugendum; universim  
ac semel obruendum Cordis thala-  
mum, subintrante simul cum morbifi-  
câ causâ vi Catharticâ, non est quod  
reclamem, ac querar.

Invaluit opinio, nil securius purgan-  
te per omne etiam morbi genus inge-  
sto: huc saltem vadit medicato: Quis  
spectat coctionis terminum? Quis tem-  
perat acrimoniam, ne sursum vel deor-  
sum me proritet?

Viderint illi, qui omnia tuta timent.  
Nimirum non aliâ nisi *Purgantium* mili-  
tiâ concepta vasis putredo excindi po-  
test. Novis succendiculis regnans pas-  
sim phlogosis opus habet.

Et quum intercisam largitur febrim  
Focus in quopiam viscere mihi vicino  
conceptus, non aucupandum quietis  
spatium, non moderanda per epricra-  
sin evacuatio est.

Quin Pestiferâ insæviente mihi lue,  
per-



per sapè ipso *Sibii vitro* in vomitum enormem cogendus sum. Ita audendum, rentur, quasi non stipet serocia hujusmodi malignitatem humoris, & funestum eventum eodem filo acceleret.

Cæterum sin in Malignis exulare contingat Purgantibus, calidissima Sudorifera & Alexipharmaca etiam in principio usurpanda veniunt? Quidni enim, ajunt, excellentissimus ille putredinis gradus foret extirpandus *The-riacalibus*? maturanda saltem per cutim expulsio est, siue vergat natura aliò, siue nihil quicquam moliatur.

*In Malignis sudorifera & Alexipharmaca incircumspectè sapè adhiberi.*

Motus naturæ anteverti, ejus cursus reddi incertus, eadem quoque ab incerto revocari sine discrimine potest. Non angor, non labor meus, ac principis Cordis indistinctum Antidotorum usum suspectum reddunt.

*Heu! quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi.*

Verum enim verò quorsum in his omnibus circumspicius agi desiderem? In tam præcipiti periculo *Medici* maxime perspicitur præsens animus. Jam funes strident, curvatur arbor, gubernacula gemunt, attollunt fluctus, quantiuntur latera, & puppis perfida aquam bibit. Quarè extrema cum navis Gubernatore tentanda: Tranquillo scilicet mari vehitur inglorius.

Ergò

Ergò non ministrat amplius Naturæ ? non aliam atque aliam larvam mutatur typus morbi ? non suam habet ille infantiam , sed protinus se ex initiis suis eruderat ? Nunquam speculatorem agere decet ?

Quid autem sin revomam cuncta ? Sin nihil continere possim ? Sin turbine quopiam omnia evertam machinamenta ? Adhucdum laureolam ex mustaceo quærunt ? Adhucdum conandum quid refragante Naturâ ? Sed ad alia , quandoquidem speciem omnium introspicere , vetat multitudo.

*Antipraxis Hepatis ac Ventriculi vulgata nulla est.*

Viciniora mihi Viscera opportuniorem me suis reddunt injuriis. *Hepar, Lienque* quod humiliora jam occupent subsellia Medicis , non refert meâ : Sin ministeriale subsidium mihi subtraxerint , quovis modo compatiar. Funesta mihi persæpè machinantur , licet contra naturam suam.

Quod tamen toties ab *Antipraxiâ* quâpiam , quam invicem exerceamus , incusamur , iniquum est. Non imminuit Jecoris intemperies meam , sed adauget. Vitam malè transigentes fluctuantem me , rugientem , inflatum , ac sputantem habent. Tota tamen horum malorum radix implantata cavo meo est. Spiritus quatenus fermentativus meus minus est volatilis , ast copioso

piofo immiftus mucō. Eft vitæ lapsus, non obverfans ſibi utriufque intemperatura, quæ examen meretur: Nec obſervabilis eſt hæc *Antipraxia*, dum ſobriè vivitur.

Licet in Hypochondriacis affligat totus, meum tamen incrudescit cavum, ac flatuoſum eſt. Quis exinde me frigore tentari verè dixerit? Quis igneam Hepatis qualificationem mihi aſſingere frigus?

Quamvis autem hujus *Affectus Hypochondriaci* primarium non ſim ſubjectum, nihilominus plurima ſub eodem perpetior. Dum ſegne præſtant miniſterium Sanguini Cor., Jecur, Lien, Renes; dum repletur cum tenſione, ac gravitate dextrum vel ſiniſtrum Hypochondrium ab humoribus acidis falſis acribus, fæculentisque non ſubterfugio labem.

*Quid in affectione Hypochondriacâ patitur Ven-triculus.*

Oppugnatur mea, velut *Troje* ſalus, dum proſilit ex obſtructa vicinia mea, velut *equo Trojano* contagēs faſtidioſa. Sic Chylum invicem cruditatibus inebrio.

Jam ebulliente materiâ æſtuo: Jam anguſtor dolore in dorſum uſque protenſo. modò rugientium ac diſtendentium flatuum ſum hoſpitiū, vel quod debilis vaporofam ciborum ſubſtantiam in eos convertam, vel quod ex plantatâ ſibi ſede, Colo ſcilicet, in me involent.

lent. Modò ad atredinem usque corruptum quid adhæret extus fundo meo; unde æstuo, ac splenem versus palpito: quod tamen sæpius accidit per motum ac regurgitationem ad obstructa mea vasa; sic sulphur quasi æthneum exhalo.

Sputum tamen omne vel agminatim quasi per gutturnium, vel intervallatim ore redditum non ego procreo. Roscidi ex hiante ore meo vapores, qui ad glandulas densati naturaliter diffluunt, nolim accusentur.

Et licet quandoque confluat in me serositas quæ laxato ore meo suisum fertur, ut plurimum tamen *Lymphaductus* aquam ex liquidiore alimine prolectam deponunt in fauces. Etiam pro incremento morbi hujus auctum vel prostratum *Appetitum* habeo.

Omne acidum per arterias depulsum sin superfluum sit, majorem ejus ego copiam nanciscor. Sin Gastrica simul cum Splenicâ angustetur ulteriori obstructione, mox ego indè malè habens sum. Tot, tamque variis *Acropolis* meæ salutis oppugnatur, ut tumultum ac rebellionem omnem vix sufferam.

Attamen gravius supplicium per vesanam *Medentum* temeritatem tolero, ac ipse mihi morbus est. Quis nescit tot eorum rixas, tot causantium dissidia, & per

Quam  
malè sub  
eodem  
morbo  
vexetur  
Medica-  
mentis.

per morbi longitudinem variantium machinamenta, totidem mihi esse plagas?

Ut vitiosa eximatur colluvies, tam temerario ac sæpius renovato ausu itur ad me, quasi lubrica jam mea vis penitus prosterni debeat. Non modicè calida, & humecta; non acida, ut æstui frigidam suffundant; non ea quæ temperant & evacuant, reserant ac roborant; sive sint naturales *Acidula*, quæis nulla ex pharmacopoliis gratia æqualis; sive sint brodia alterantia, quæis spes salutis haud exigua; non, inquam, his, similibusve ad meam quietem suspirant.

Sacrilego furore debacchantur in me selective purgantibus: præ calidis ad discutiendos flatus, ad reserandas obstructions æstum & labores mihi adaugent: Toties excidii mei causas experior, toties incendiarios hosce doleo; toties symptomate exempto ægritudinis causam accrevisse percipio; nequidem tenacem hujus mali sortem amplius devoverim; aut mitius me, ac morbum ipsum tractari autumarim.

Oppugnor ego, non errores mei. Quoniam cessante morbo, non cessant *Medici*, nullas video inducias. Fatigor, ut fatigem; violenter laxor, & effœminor, ne non saltem subsistam. Miscentur susque deque omnia, ut eluatur saburra; resera-

referatur tonus meus, ut referentur obstructa; ne hospitem flatus, jus hospitii mei negatur viribus omnibus.

Utinam *Cratonis, Montani*, aliorumque mihi amicorum audirentur consultata: Utinam fugerentur *Medici*, vel fugerent hi *Medicinas*, sponderem sanè,

(*Si modo vera mihi fas est impune profari.*)

pro infinitis fastidiis multorum bonorum pensationem. Nimiis fermè in hisce fui, sed tam frequenti malo debui.

*Alios vicinorum affectus prateris.*

Non eodem telo prosequar jam alios affectus *Hepatis, Lienisque*, eorundemque *Tumores*: vel privatum etiam *Scorbuti* venenum, quod simul in me virus suum fallaci specie evomit.

Non edisseram qua ratione id mihi vitium procreetur, quum *μάλυνσις πνευμάτωσι*, & fixum superat volatile. Non altius indagabo, quomodo ex crassioris succi Alimentis, mucido Frumento, annofo Caseo, subolido larido, marinis Piscibus, pendulo Vino, Cerevisiâ minus defæcatâ improbum conficiam Chylum.

Non tangam, quibus mihi modis accendat scorbuticum miasma *Quartana*; aliaque dirum hunc fomitem subministrant.

Non addam, quoties industriam *Medicorum*, etiam *σοφιστικῆν* illuserit, & quam

quam ineptis hinc, ac inidoneis sub eo debeller ac fatiger remediis.

Ex productis jam facilis collectu est meus sub hoc, similibusque Morbis labor. Quid enim omnes referendo injurias refricem mihi molestiarum calum?

Quid eum quoque producam statum meum, quo miserrimè affligor, quando nempè omnem abdominis cavitationem occupat *Aqua*; meque simul cada-verosum ac Luridum *Seri* diluvium inundat? Accusandumne habeo Viscerum omnium ministerium, quo sanguini famulantur?

*Quid in Hydropicis patitur Ventrículus.*

Circa hæc sparsi *Lympheductus* si non aptè colligant, vel oneris pertæsi exterminent aquea, ea restagnant cavo: dein mihi incuneantur, magnâque aggeruntur copiâ per omnimodam pleonexiam. Salsedine quoque *Seri* faucibus illapâ, ab iis sitibundis intumescō toties suffuso potu, ut crescat indulgendo dirus *Hydrops*.

In tanto, cheu! immoriendum mihi sterquilinio, debilitato præsertim virium satellitio, & *atrolæ* succedente totali. Quæ enim ars extinctum à sero vernaculum nobis tonum resuscitaret? Quæ vis impactam poris omnibus serositatem elueret? Quæ industria saxeam, vicinis meis prognatam substantiam emol-

molliret, & retorrída pristino suæ substantiæ modo restitueret Parenchymata?

Non enim solent primæ mali fibræ eradici, nec procedere naviter opera Medica; dum integer ego, totaque adhuc vicinia mea. Sed quandò cacopragia longius provecta jam omni evasit arte superior, locus saltem fit perturbantibus Medicamentis.

Heu dolendam meam vicem! labefactor, jam lapsabundus ab aquarum incubitu, valentissimis *Hydragogis* toties ingestis, ut demptæ aquæ succedant flatus deteriori *Hydropis* specie. Non fit levioribus deobstruentibus locus, non interponendis corroborantibus, ut factam à validis expurgantibus labem eximant.

Nequidem aridis pulveribus, trochiscisve tentatur levamen, sed suspectis potulentis, quæ detenta corpore, nec reddita æqualiter, degenerant in morbificam causam.

Et quum a suetudine vim quampiam sperno, ac ludifico, non contingit mihi variatio, quamvis tanta Medicaminum sylvæ extet. Verum, ut dixi, fontici hujus mali palæstram non ingrediar, ne nimium exercear.

Quid in  
Nephri-  
tica,

Rursus, quibus malis me immergat *Nephritis*, non longius arcessam. Eam qui-



quidem mihi *ἀνατροπή*, ac subversio-  
nem machinatur, ut fastidium cibum,  
vel ingestum reddam, cum ructu insi-  
pido, singultuosoque motu.

*Renum* autem illa mecum colligantia  
per *Peritonæum* est, ut distensis illis ab il-  
ludine serosâ compatiar. productis quip-  
pe ab eâdem peritonæi parte panniculis  
vestiis, implicatis simul nervorum con-  
jugiis. Quam molestant, dum non *Re-*  
*nibus*, sed mihi medentur?

Nec enim pallidæ & cum aquâ mixtæ  
bilis Vomitus importunus meum asse-  
verat affectum. Quin etsi per diuturni-  
tatem doloris corrupta in æruginem  
fuerit evomita biliositas, egone illius  
corruptionis locus? Sed transeant illa  
*Renum* ex communione mala.

Nec me moretur quoque *Uterus mu-*  
*liebris*; Larva illa; monstrumque hoc, Quid ab  
Utero?  
quod sexcentis me modis anxietat. A  
nullo sanè totius *Microcosmi* incolâ ca-  
lamitosiora tolero, quia vertumnum  
agit, variasque sumit formas.

Non quod semper *Uterus* in culpâ sit,  
dum ille *suffocans* incusatur. etenim dira  
illa *Symptomatum* cohors, licet fœmi-  
nis familiarior, varias sustinet larvas,  
& uterum à reatu primario persæpè ab-  
solvit. In hypochondriis latet hoc vi-  
rus multoties etiam in fœminis, prout  
in maribus. Hinc mihi ructus, Cardio-  
gmus,

gmus, nausea, subversio suboriuntur, sed non persequor nunc ego istud.

Verum Uterus quoque intolerabilem exhalat mephitim, quum quippiam in ipso venenosam in naturam descivit. Alias mihi Anorexiam, nauseam, vomitumque muginatur, ut Cordianxietatem vel deliquium, Thoraci subliem spiritum, Cerebro insultus Epilepticos vel Maniacos.

Sed præcipuè offendor ab iis, quibus transitum dare cogor ad ejus dispulsionem. Quanto fæto, quanto pædore involant me? Quam amaris, quam horribilibus, & à genio meo alienissimis, rotique alias nostro *Microcosmo* inimicissimis aditum illius causâ præbeo?

Jam si absurdam Muliercularum, quibus nihil non, *Utero* infestante, in me licere solet, congeriem; sin omnem earum arrogantiam meæ solum molestiæ destinatam designem? Quem finem inveniam?

*Quid in  
Colicis  
doloribus?*

Satius transiero ad *Intestina* cognationis quodam jure mihi proximiora. Nec tamen horummet Affectibus me omnibus sistam, quia ad finem propero. Quod meâ res agatur, dum proximus ardet Ucalegon; quod miserè quatiar singultu; morsu; vomituque; dum patitur *Colon*, vel *Ileum*, non est, ut querar.

*Fla-*

*Flatus, Vermes, sordidam illuviem, faculentum regressum* non memoro: Quod enim ex omni Intestinorum anfractu adacti flatus me insiliant, & tendant, nihili reputo: Quod *Ructus* crepitum, pigrâ me disturbante alvô, antevertat; quod commesta remeent nidore inquinata stercoreo; quod acria, mordacia, sulphurea, biliosa, aliaque regurgitent, prætereo.

Fidem Medentum in tam largâ malorum messe promptiorem imploro salutem, quia excipio omnia, quæ *Intestinis* destinantur, nec alterius aditus memoria cuiquam debitè subvenit. Improbari quidem expertissimis *Catharsin* violentam scio: & *Hoffmannum*, quod vix in Colicâ transcendendi velit Hieram, laudibus dignum censeo.

Sed Dogma *Septalii* non satis exploratum, quo mox initio Colicis doloribus opponit purgans, doleo: quodque tam fortibus sumatur evacuatio, quæ tamen mitissimè expedienda, non possum præterire.

His ergo dolor ab Intestinis deturbandus, vel sub angore cruciatuum pituita extricanda, antequam tensio enervata sit? Ergone ad affectum locum revocanda conflues; vel ego temerario turbandus sum vomitu, ubi plus satis mihi faceffat negotii vicinus dolor.

Huc tamen vadit plurimorum dementia, & volvulosus quandoque fit, qui modò colicus erat cruciatus. Vix abstinent currente *Mercurio*, quod nimirum feliciter, ut putant, cum impatientis fecibus exeat.

His autem diris sin exulare contingat, tam absurdus Anticolicus locus fit, quæ nec cælum, nec terram tangere percipio. Cederetne autem illis dolor? Nisi laxante mixto, vel Clystere ingesto fiat emolumentum; aut repagulis ruptis, fecibusque loco motis sponte cesset lancinatio, frustra sunt.

Quid in  
Alvi fluxibus?

Cæterum per *Alvi fluxus* omnes ut ineursor impotens, ita tentor impatiens frequentissimè. Sin ab uno, vel altero lippo cernatur cinereus in ejectionis color, vel quippiam Chylosum, protinus meam ratem everfam concludunt: quum tamen obstructa vasa Mesaraica sæpè Chylum non admiserint; & vel bonus ejectionis ille me à crimine absolvat.

Non tam frequens sanè ego culpæ locus, & frustra sunt, qui me semper feriunt in *Coliacâ*. Alias quoque non error meus est, qui externus; nec mea confestim soboles, sin pravum quid aliundè illabatur. Oscula ergò Vasorum modò reserarent vel Chalybeatis, vel aliis de obstructentibus, sedatum inventirent fluxum.

In-

Inconfecti tamen alimenti substantia ejecta me prodit; ructus & nausea me monstrant. Ea tum sæpè aronia est, ut negligam, nec contineam benè amplexanda alimenta, sed cruda præcipitem. Tum profectò vel pondere gravor, vel acrimoniâ quâpiam proritor, vel immersis ex pituitosis lubricor, vel ab aliis exulceror superficietenus.

Lasciviam tum *Gula* me tolerasse censeas, tam importuno frigida, quam oleosorum, præpinguiumque, acrium & dirorum ingestu.

Eo autem casu ineptâ quoque medicatione vicissim pessimè tractor. Turbari soleo *Vomitoris ex Rhasis consilio*, & *Coi* salutare illud in *Aphorismo duodecimo libri quarti* negligitur: quasi possum esse firmus in fluxu *Lienterico*, vel infirmus ad tantam violentiam cogendus sim.

Nempe plus quum sit periculi, quam juvenis, quasi semunciam compares ad assem, nihilominus cavent ne desit hic mihi temeritatis condimentum. Non mitioribus, quam *Diagridiatis* aut *Colocynthiacis* pituitam impactam extergent. Vel sin obtingant meliora, non continuatum eorum habeo usum, ad præcavendum relapsum.

Et ne longiorem hæc rixandi ansam aucupari videar, quandoquidem fluere *Alyum* haud rarò mihi pro valetudine

est, eandem imprudenter compressam non allego: Quantum inde afficiar, quibus aliquandò torminibus correptâ sursum ad me materia, non addo. Licet enim in spatio temporis nullum vertatur periculum, meo nihilominus malo sistitur: tadium ex fluxu.

*Proprii  
Affectus  
Ventricu-  
li.*

Non abs re nunc autem fecero, sin propius meum accessero corpusculum. Omnibus quidem partibus, præsertimque vicinioribus coafficior: nulla *Microcosmi* labes, quin exin meus deflorescat nitor, languescat alacritas, frigescat lepos, labascet vigor.

Propria interim, quæ circumgero mala, solenniora mihi, & ponderosiora alienis. Difficilliora quoque, quod incocta primus excipiam, exquisitè sentiam, & defectus ex perpetuante munere restitutionem recuset.

Laudem tamen debeo plurimis permagnis Viris, quod re, & scripto maxima, minimaque Affectuum meorum momenta ac negotia transfegerint. Sed Medicorum vulgus fabulam meam non aliter agit, ac si Idæarum regionem, vel Tantalæos inhabitem hortos.

Conduplicatur inde mihi malum, dum sic passim vel fucus mihi fit, vel crux superadditur cruci. Transcursim id saltem operæ erit, ut ostendam, o-

omnia

omnia enim aggredi foret ἢ ἄμυγν αἰα-  
μετῆιν.

Generatim quidem Medicamentis o-  
mnibus ingratis litatur: non aucupa-  
tur congrua formæ soliditas; non ex-  
solvens evitatur tepor, non astringen-  
ti, ac hæpticâ vi permitta robur meum  
tuendum sumitur. Tractus extra tem-  
periei bonæ lineam, tam liberali expe-  
rior manu contraria, ut retractus pejo-  
ra incurram.

*Genera-  
lesque in  
iisdem  
injuria.*

Algiôsâ vi semper intus expugnari  
censeor, licet ita natus sim, ut in fri-  
gus sponte nutem, nec gradus frigoris  
impressos, sed evanidum saltem ha-  
beam calorem, & privativum non discer-  
nitur à positivo: vis mitigandi alimen-  
ta non censetur absumi, vel fatiscere  
præcalidis, Aromaticisque non cor-  
rumpi, aduri, aut in nidorem trahi ob-  
fessa cavo meo putantur.

Fluctuantem me quoque quispiam,  
aut lasciviente madore circumfluum  
observet? Obumbulantem cavo meo  
materiam, aut innatantem, adhæren-  
tem lateribus, vel membranæ immer-  
sam, & impactam distinguat?

Fastidium, amarorem, rosionem,  
nidorem, vomitumque ex biliositate  
concludat? vel nauseam, fluctuatio-  
nem, acorem, sputum, sensumque  
gravitatis post cibum ex fœcundo pi-

lent. Modò ad atredinem usque corruptum quid adhæret extus fundo meo; unde æstuo, ac splenem versus palpito: quod tamen sæpius accidit per motum ac regurgitationem ad obstructa mea vasa; sic sulphur quasi æthneum exhalo.

Sputum tamen omne vel agminatim quasi per gutturnium, vel intervallatim ore redditum non ego procreo. Roscidi ex hiante ore meo vapores, qui ad glandulas densati naturaliter diffiunt, nolim accusentur.

Et licet quandoque confluat in me serositas quæ laxato ore meo sursum fertur, ut plurimum tamen *Lymphaductus* aquam ex liquidiore alimine prolectam deponunt in fauces. Etiam pro incremento morbi hujus auctum vel prostratum *Appetitum* habeo.

Omne acidum per arterias depulsum sin superfluum sit, majorem ejus ego copiam nanciscor. Sin Gastrica simul cum Splenicâ angustetur ulteriori obstructione, mox ego indè malè habens sum. Tot, tamque variis *Acropolis* meæ salutis oppugnatur, ut tumultum ac rebellionem omnem vix sufferam.

Attamen gravius supplicium per vesanam *Medentum* temeritatem tolero, ac ipse mihi morbus est. Quis nescit tot eorum rixas, tot causantium dissidia, &

per

Quam  
malè sub  
eodem  
morbo  
vexetur  
Medica-  
mentis.



per morbi longitudinem variantium machinamenta, totidem mihi esse plagas?

Ut vitiosa eximatur colluvies, tam temerario ac sæpius renovato ausu itur ad me, quasi lubrica jam mea vis penitus prosterni debeat. Non modicè calida, & humecta; non acida, ut æstui frigidam suffundant; non ea quæ temperant & evacuant, reserant ac roborant; sive sint naturales *Acidula*, quæis nulla ex pharmacopoliis gratia æqualis; sive sint brodia alterantia, quæis spes salutis haud exigua; non, inquam, his, similibusve ad meam quietem suspirant.

Sacrilego furore debacchantur in me selective purgantibus: præ calidis ad discutiendos flatus, ad reserandas obstructions æstum & labores mihi adaugent: Toties excidii mei causas experior, toties incendiarios hosce doleo; toties symptomate exempto ægritudinis causam accrevisse percipio; nequidem tenacem hujus mali sortem amplius devoverim; aut mitius me, ac morbum ipsum tractari autumarim.

Oppugnor ego, non errores mei. Quoniam cessante morbo, non cessant *Medici*, nullas video inducias. Fatigor, ut fatigem; violenter laxor, & effœminor, ne non saltem subsistam. Miscentur susque deque omnia, ut eluatur saburra; resera-

referatur tonus meus, ut referentur obstructa; ne hospitem flatus, jus hospitii mei negatur viribus omnibus.

Utinam *Cratonis, Montani*, aliorumque mihi amicorum audirentur consultata: Utinam fugerentur *Medici*, vel fugerent hi *Medicinas*, sponderem sanè,  
(*Si modo vera mihi fas est impune profari.*)  
pro infinitis fastidiis multorum bonorum pensationem. Nimius fermè in hisce fui, sed tam frequenti malo debui.

*Alios vicinorum affectus Cratonis.*

Non eodem telo prosequar jam alios affectus *Hepatis, Lienisque*, eorundemve *Tumores*: vel privatam etiam *Scorbuti* venenum, quod simul in me virus suum fallaci specie evomit.

Non edisseram qua ratione id mihi vitium procreetur, quum *μέλυσσις πνευμάτωσις*, & fixum superat volatile. Non altius indagabo, quomodo ex crassioris succi Alimentis, mucido Frumento, annofo Caseo, subolido larido, marinis Piscibus, pendulo Vino, Cerevisiâ minus defæcatâ improbum conficiam Chylum.

Non tangam, quibus mihi modis accendat scorbuticum miasma *Quartana*; aliaque dirum hunc fomitem subministrent.

Non addam, quoties industriam *Medicorum*, etiam *επιχαρικήν* illuserit, & quam

quam ineptis hinc, ac inidoneis sub eo debeller ac fatiger remediis.

Ex productis jam facilis collectu est meus sub hoc, similibusque Morbis labor. Quid enim omnes referendo injurias refricem mihi molestiarum calum?

Quid eum quoque producam statum meum, quo miserrime affligor, quando nempè omnem abdominis cavitationem occupat *Aqua*; meque simul cadaverosum ac Luridum *Seri* diluvium inundat? Accusandumne habeo *Viscerum* omnium ministerium, quo sanguini famulantur?

*Quid in Hydropicis patiatur Ventericulus.*

Circa hæc sparsi *Lympheductus* si non aptè colligant, vel oneris pertæsi exterminent aquæ, ea restagnant cavo: dein mihi incuneantur, magnâque aggeruntur copiâ per omnimodam pleonexiam. Salsedine quoque *Seri* faucibus illapsâ, ab iis sitibundis intumesco toties suffuso potu, ut crescat indulgendo dirus *Hydrops*.

In tanto, cheu! immoriendum mihi sterquilinio, debilitato præsertim virium satellitio, & *â totâ* succedente totali. Quæ enim ars extinctum à sero vernaculum nobis tonum resuscitaret? Quæ vis impactam poris omnibus serositatem elueret? Quæ industria saxeam, vicinis meis prognatam substantiam emol-

molliret, & retorrída pristino suæ substantiæ modo restitueret Parenchymata?

Non enim solent primæ mali fibræ eradicari, nec procedere naviter opera Medica, dum integer ego, totaque adhuc vicinia mea. Sed quandò cacopragia longius provecta jam omni evasit arte superior, locus saltem fit perturbantibus Medicamentis.

Heu dolendam meam vicem! labefactor, jam lapsabundus ab aquarum incubitu, valentissimis *Hydragogis* toties ingestis, ut demptæ aquæ succedant flatus deteriori *Hydropis* specie. Non fit levioribus deobstruentibus locus, non interponendis corroborantibus, ut factam à validis expurgantibus labem eximant.

Nequidem aridis pulveribus, trochiscisve tentatur levamen, sed suspectis potulentis, quæ detenta corpore, nec reddita æqualiter, degenerant in morbificam causam.

Et quum asuetudine vim quampiam sperno, ac ludifico, non contingit mihi variatio, quamvis tanta Medicaminum sylvæ exstet. Verum, ut dixi, fontici hujus mali palæstram non ingrediar, ne nimium exercear.

*Quid in Nephriticis.* Rursus, quibus malis me immergat *Nephritis*, non longius arcessam. Eam qui-

quidem mihi *ἀναρροή*, ac subversio-  
nem machinatur, ut iastidiam cibum,  
vel ingestum reddam, cum ructu insi-  
pido, singultuosoque motu.

*Renum* autem illa mecum colligantia  
per *Peritonæum* est, ut distensis illis ab il-  
ludie serosâ compatiar. productis quip-  
pe ab eâdem peritonæi parte panniculis  
vestior, implicatis simul nervorum con-  
jugiis. Quam molestant, dum non *Re-  
nibus*, sed mihi medentur?

Nec enim pallidæ & cum aquâ mixtæ  
bilis Vomitus importunus meum asse-  
verat affectum. Quin etsi per diuturni-  
tatem doloris corrupta in æruginem  
fuerit evomita biliositas, egone illius  
corruptionis locus? Sed transeant illa  
*Renum* ex communione mala.

Nec me moretur quoque *Uterus mu-  
liebris*; Larva illa; monstrumque hoc, Quid ab  
Utero?  
quod sexcentis me modis anxietat. A  
nullo sanè totius *Micrecosmi* incolâ ca-  
lamitosiora tolero, quia vertumnum  
agit, variasque sumit formas.

Non quod semper *Uterus* in culpâ sit,  
dum ille *suffocans* incusatur, etenim dira  
illa *Symptomatum* cohors, licet fœmi-  
nis familiarior, varias sustinet larvas,  
& uterum à reatu primario persæpè ab-  
solvit. In hypochondriis latet hoc vi-  
rus multoties etiam in fœminis, prout  
in maribus. Hinc mihi ructus, Cardio-  
gmus,

gmus, nausea, subversio suboriuntur, sed non persequor nunc ego istud.

Verum Uterus quoque intolerabilem exhalat mephitim, quum quippiam in ipso venenosam in naturam descivit. Alias mihi Anorexiam, nauseam, vomitumque muginatur, ut Cordianxietatem vel deliquium, Thoraci sublimem spiritum, Cerebro insultus Epilepticos vel Maniacos.

Sed præcipuè offendor ab iis, quibus transitum dare cogor ad ejus dispulsionem. Quanto sætore, quanto pædore involant me? Quam amaris, quam horribilibus, & à genio meo alienissimis, rotique alias nostro *Microcosmo* inimicissimis aditum illius causâ præbeo?

Jam si absurdam Muliercularum, quibus nihil non, *Utero* infestante, in me licere solet, congeriem; sin omnem earum arrogantiam meæ solum molestiæ destinatam designem? Quem finem inveniam?

*Quid in  
Colicis  
doloribus?*

Satius transiero ad *Intestina* cognationis quodam jure mihi proximiora. Nec tamen horummet Affectibus me omnibus sistam, quia ad finem propero. Quod mea res agatur, dum proximus ardet Ucalegon; quod miserè quatiar singultu, morsu, vomituque, dum patitur *Colon*, vel *Ileum*, non est, ut querar.

*Fla-*

*Flatus, Vermes, sordidam illuviem, faculentum regressum* non memoro: Quod enim ex omni Intestinorum anfractu adacti flatus me insiliant, & tendant, nihili reputo: Quod *Ructus* crepitum, pigrâ me disturbante alvo, antevertat; quod commesta remeent nidore inquinata stercoreo; quod acria, mordacia, sulphurea, biliosa, aliaque regurgitent, prætereo.

Fidem Medentum in tam largâ malorum messe promptiorem imploro saltem, quia excipio omnia, quæ *Intestinis* destinantur, nec alterius aditus memoria cuiquam debitè subvenit. Improbari quidem expertissimis *Catharsin* violentam scio: & *Hoffmannum*, quod vix in Colicâ transcendendi velit Hieram, laudibus dignum censeo.

Sed Dogma *Septalii* non satis exploratum, quo mox initio Colicis doloribus opponit purgans, doleo: quodque tam fortibus sumatur evacuatio, quæ tamen mitissimè expedienda, non possum præterire.

His ergò dolor ab Intestinis deturbandus, vel sub angore cruciatuum pituita extricanda, antequam tensio enervata sit? Ergone ad affectum locum revocanda conflues; vel ego temerario turbandus sum vomitu, ubi plus satis mihi faceſſat negotii vicinus dolor.

L

Huc

Huc tamen vadit plurimorum dementia, & volvulosus quandoque fit, qui modò colicus erat cruciatus. Vix abstinere currente *Mercurio*, quod nimirum feliciter, ut putant, cum impatis fecibus exeat.

His autem diris sin exulare contingat, tam absurdus Anticolicus locus fit, quæ nec cælum, nec terram tangere percipio. Cederetne autem illis dolor? Nisi laxante mixto, vel Clystere ingesto fiat emolumentum; aut repagulis ruptis, fecibusque loco motis sponte cesset lancinatio, frustra sunt.

Quid in  
Alvis fluxibus?

Cæterum per *Alvi fluxus* omnes ut ineufor impotens, ita tentor impatiens frequentissimè. Sin ab uno, vel altero lippo cernatur cinereus in ejectionis color, vel quippiam Chylosum, protinus meam ratem everfam concludunt: quum tamen obstructa vasa Mesaraica sæpè Chylum non admiserint; & vel bonus ejectionis ille me à crimine absolvat.

Non tam frequens sanè ego culpæ locus, & frustra sunt, qui me semper feriunt in *Coliacâ*. Alias quoque non error meus est, qui externus; nec mea confestim soboles, sin pravum quid aliundè illabatur. Oscula ergò Vasorum modò reserarent vel Chalybeatis, vel aliis de obstructentibus, sedatum invenirent fluxum.

In-



Inconfecti tamen alimenti substantia ejecta me prodit; ructus & nausea me monstrant. Ea tum sæpè aronia est, ut negligam, nec contineam benè amplexanda alimenta, sed cruda præcipitem. Tum profectò vel pondere gravor, vel acrimoniâ quâpiam proritor, vel immersis ex pituitosis lubricor, vel ab aliis exulceror superficietenus.

Lasciviam tum *Gula* me tolerasse censeas, tam importuno frigidæ, quam oleosorum, præpinguiumque, acrium & dirorum ingestu.

Eo autem casu ineptâ quoque medicatione vicissim pessimè tractor. Turbari soleo *Vomitoris ex Rhasis consilio*, & *Coi* salutare illud in *Aphorismo duodecimo libri quarti* negligitur: quasi possim esse firmus in fluxu *Lienterico*, vel infirmus ad tantam violentiam cogendus sim.

Nempe plus quum sit periculi, quam juvaminis, quasi semunciam compares ad assem, nihilominus cavent ne desit hic mihi temeritatis condimentum. Non mitioribus, quam *Diagridiatis*, aut *Colocynthiacis* pituitam impactam extergent. Vel sin obtingant meliora, non continuatum eorum habeo usum ad præcavendum relapsum.

Et ne longiorem hæc rixandi ansam aucupari videar, quandoquidem fluere *Alvum* haud rarò mihi pro valetudine

omnia enim aggredi foret ἢ ἄμυρον αἰα-  
μετρεῖν.

Generatim quidem Medicamentis o-  
mnibus ingratis litatur: non aucupa-  
tur congrua formæ soliditas; non ex-  
solvens evitatur tepor, non astringen-  
ti, ac stypticâ vi permitta robur meum  
tuendum sumitur. Tractus extra tem-  
periei bonæ lineam, tam liberali expe-  
rior manu contraria, ut retractus pejo-  
ra incurram.

*Genera-  
lesque in  
iisdem  
injuria.*

i. Algiosâ vi semper intus expugnari  
censeor, licet ita natus sim, ut in fri-  
gus sponte nutem, nec gradus frigoris  
impressos, sed evanidum saltem ha-  
beam calorem, et privativum non discer-  
nitur à positivo: vis mitigandi alimen-  
ta non censetur absumi, vel fatiscere  
præcalidis, Aromaticisque non cor-  
rumpi, aduri, aut in nidorem trahi ob-  
fessa cavo meo putantur.

Fluctuantem me quoque quispiam,  
aut lasciviente madore circumfluum  
observet? Obumbulantem cavo meo  
materiam, aut innatantem, adhæren-  
tem lateribus, vel membranæ immer-  
sam, & impactam distinguat?

Fastidium, amarorem, rosionem,  
nidorem, vomitumque ex biliositate  
concludat? vel nauseam, fluctuatio-  
nem, acorem, sputum, sensumque  
gravitatis post cibum ex fœcundo pi-

tuitæ proventu? Æquè id adest, ac cuiusvis intemperaturæ castigatio ex idea, quæ se offert, transigenda mihi obtingit.

Ubi æstu incanduïsse præsumor sensu æstuantis flammæ cuiuspiam in faucibus, trahor in algorem tam frigidis, ut actio coctionis meæ intercipiatur, & otio torpescam.

Ubi tenue saltem frigusculum collexisse reputor ructibus ex fatuis, ciborumque saporem spirantibus, tanta vi calidorum obruor, ut corrumpam post omnia.

Jam nimium humectis virtus meæ exsolutior jacet, & à madore percellitur coctio. Jam nimium exsiccantibus in enormem migro squalorem, & conspirante natura mea contabesco.

Sin fædum aliquod excrementum sese fuderit in cavum meum, & levibus excludi posset, pharmacis vectoriis id tentatur, quibus vires apprime franguntur; Sin viscosum quid immistum villis meis hæreat, vel peculiarem spirret corruptionis ideam, id Hieram, id Absynthitem excutere posse putatur.

Non libet autem externos inspicere errores, quibus subinde violor, nec absurda omnia, quæ ingesta, vel foris chondrio sinistro admota tolero, recensere.

Nec

Nec operæ duco rarissimos meos casus oculis subicere, quos vix etiam scientissimis cognoscibiles incassum exprobrarem. Me equidem *Verrucae*, me *Carunculae*, me *Calli*, me *Scirrhii*, omnigenique *Tumores*, ad mortem usque degravant.

*Tumorum & Ulcerum Ventriculi varietas & lapsus.*

Nunc *Tuberculum durum* Os superum infestat, nunc inferum obturat, ut ingressu vel egressu omnium impeditis, difficultas certam tandem trahat mortem. Tumoribus abscedentibus sic excerno massam sanguine confusam, & pure diffluentem, sic exsolutus succumbo.

Etiam memini *Apostema* mihi disruptum decocto *Hellebori nigri*.

Tribus autem foraminibus à puris copiâ excusus aliquamdiu supervixi, ut *Platerus* mihi testis.

Et exulceratus diebus viginti in muliere permansi apud *Horatium Augustinum*.

Exteriori membranâ ac superficie me quoque aliquandò exedit ulcus, observante *Dodonaeo*.

Tam internum autem, quam externum *Ulcus*, nisi exiguum ac superficiale, lethale habeo: maximè superiori parte nervis ditiori sin inustum consumat. Omne vix redintegrabile quidem, quia deterforio ac glutinanti pharmaco non datur accessus, non otium: Solen-

ne officium meum, & fabrica spermatica spem in angusto ponunt.

Frustra ergo pharmaca ufveniunt: frustra nifu vomendi quator, & ulterius dilaceror: præclarius quidem ad salutem facerent, sin abstersam saniem ad inferna deducere laborarent, quod tamen vix successum habere facile *Foresto* assentior.

*Ulcus* ergo omne mihi funestum, etiamque *Tumor*, qui pro ideâ degenerantis humoris nutat. Ex sanguine enim per Arterias infuso, & in spiracula mea disseminato solo rarius Inflammationem, Abscessum & *Ulcus* incurro: Non enim ille solet cum tanto orgasmo in me vehementius jactari.

Quoties tamen vel externâ stabulatur superficie, vel firmiter invexit vestigium, putrescit, & me in dolorem, æstum, jestigationem, aliasque conjicit clades. Quum enim exuberaverit, exactiori coctione meâ disponi, vel siedere in nutrimentum nequit: Alias quoque nimis salsus, nitrosus & acris, decenti benigniorum misturâ orbatus machinatur mihi funesta: & conspurcatur retentæ facis mixturâ quilibet succedens.

Quatenus autem effervescit & accenditur, saltē inflamat. Uberrimo quoque diffuens sero, ex Lymphaticis  
ob-

obstructis redundante, nisi exhalarit; in Hydropem aut excremam, efficit. Sic illuviem serosam membranis; earumque villis concludo aliquando.

Contigit id mihi, ut in aliis, sic in muliere quâpiam Gallicâ, cujus historiam inter raras observationes suis annexit *Lazarus Riverius*.

Calamitosi hi mei casus sunt: Non Revulsio, non Evacuatio, quia genus omne Purgantium odi; non Repulsio, non Discussio, vel Maturatio locum inveniunt facilem. Incumbit Naturæ meæ negotium, cui faciliè succumbit; adeoque remediis incassum excarnificor.

Præter jam dicta, tam exitiosa mihi, etiam *Vulnera* sæpè corpusculum meum tangunt. Hæc in externâ superficiei, vel fundo; & parte carnosiore sicut *Chylo* egressum largiantur, tamen sanabilia à *Vesica & Fallopio* sunt. Dixerintne idem de Orificiis meis sensibilibus, impedito muneris progressu?

De Casu *Bohemiarum* rarissimo; cui *Julius Alexandrinus* fidem astruit, non est quod loquantur. Per amplum hujus *Vulnus* occalluerat tractu temporis, & magis *Gule*, quam orificio meo inflicta erat: hinc non accipiebam cibum; & pannis obvolutus obversari poteram. Imperitiâ sanè Chyrurgorum hæc clades ob-

*Vuln-  
rum Ven-  
triculi  
insanabi-  
litas.*

venerat mihi. Semper interim in Vulneribus meis plus à robore Naturæ speci est, quam auxiliis.

*Acciden-  
ZINUS VA-  
RIOSUS  
PARIAS,* Sed memorata Accidentia non sola sunt, quæ me infestant. Quod maculam nigram, quod luteam inspergat Bilis utraque, spectaculum præbui *Platero*: quod malè conformatus, & variè distortus sim, aliis.

Crassior, & rugosior tum feliciter incumbo muneri meo: at tenuatus nimis fluctuo, perpetior, & labasco:

Laxato autem Pyloro, factorem ipsemet tolero perpetuum, & anhelitum jejunis talem reddo. Inedia diutina quoque me contrahit, ut ab omni post pleniori cibo maximè offendar. Sic Natura mihi noverca aliquando, quæ debucrat esse parens: Sic internus fons, vel externus lapsus me depravat.

Non recensco plura, nec implanta- tum mihi ductum Cholydochon, nec alia longè graviora. Quid enim juvet horum meminisse, quæ vel occulta o- cculos Medentium eludunt, vel inemen- dabilia eorundem manibus? Satius æsti- mo, me Harpocratis in istis abstrusis memorem esse, ne forte corycæus qui- spiam perperam auscultans exinde pro- rato suo nos pejus habeat.

Nolim interim me mortuum vel *Sphacelo* correptum vivente Corde quis- quam

quam credat ; licet *Zacuthus Lusitanus* non rectâ reputans rem hanc viâ ; id asseveret, & alio subministrato ex morte in vitam me revocatum dicat.

Mucronatam quoque cartilagine[m] ita decidisse ; ut mihi cardialgiam suscitaret ; & appetitum prostraverit, absolum est muliercularum dogma, hoc rectius dixeris, quam *Septalii*.

Quicquid etiam *Brasiliensibus* imputet *Piso*, fide saltem anatomicâ constare potest, Cartilagine[m] hanc ossi per symphysin firmiter annexam connasci. Si incurvatam dicerent, non prolapsam, vero minus absforet sententia : Ita enim me ab eâdem in molestias conjectum fateor.

Sed accingamur ad vulgatius malum, nempè *Inflationem* ; Memineram, & fontem Flatuum non diffiteor : surgunt enim ex me calamitate ingenti, mirabilesque excitant tumultus.

Quidni ? exsolvitur robur meum & opprimitur ; imminuitur calor, vel adaugetur, ut resolvat redundantem humorem, sed non dissipet : Exagitat fervor alienus latentem pituitam, liquatque in halitus, vel illiam fundo meo bilem utramque quassat : alias oppressus & enervatus calor crassis viscosisque rebellibus bellum frustra indit : interrumpitur intempestivo potu, &

*Flatuum  
in Ventri-  
culo pro-  
ventus.*



energiatur actus coctionis : prælargi veniunt haustus : ciborum flatulentorum copiâ oppleor : pingua coctione turgescunt, & arefacta exundant : dulcia, crassa, lenta, viscida vim inflandi fortiuntur : non possum contenta omnia exactè quacumvis parte amplexari ; in laxo nimis fluctuant spatio ; inquieta assidue revolvuntur, & incrudescunt.

Sic autem nebulosi halitus tenuati ampliorem capefcunt locum ; horsum, proisum ; fursum ; deorsum se extendunt ; & impedito transitu detenti recurrunt, fremunt, convellunt, iterque sibi vi parare insistant. Hinc diductis cum dolore exiguis meis meatibus, inaniter cum iis colluctor, dum ferocunt, strepunt, murmurant, bombizant.

Sub *impugnare* hoc meo quantopere laborem, & singularis illa pugna quanto contingat cum gravamine, multis manifesto indicis. Os madore fatuo itrigurum : dolor, præsertim post pastum, in dorsum usque protensus ; erumpentes hinc Ructus, hinc crepitus : tensio, tumorque, unde & aliquando ossa figuram à me impressam servant, sicut testis mihi *Beneventus* : & plura patescunt, nisi ad omnes obsurdescant sensus, qui falluntur :

*Inconveniens ad*

Sunt tamen, qui & heic cavent, ne desit

desit stultitiæ condimentum; digni qui *Flatibus removendos Remediorum usum.*  
 è *Medicorum* theatro velut lymphati sa-  
 xis ejiciantur. Nunc enim hi me in ab-  
 scellum abreptum censent, vel potius  
 caeco impetu, quod mentiatur vicino-  
 rum mihi Viscerum tumores, inflatio,  
 præscriptis Apozematum, myriadibus  
 me adoriuntur.

Sic audias passim *Schirros* accusari *Hepatis*, vel *Lienis*, dum ego saltem inflatus: & quæ illudit turpiter ignorantia authores, eadem me pessumdat. Quam optimè famæ suæ consultum eant, non dixerò, quum perspicax alius mihi obtingit, & in arte exercitus, qui convenienti leviter exhibito deliberat.

Quos autem tanta non eluscat myopia, quod me inflatum perspexerint, protinus ad immoderatè calida illa carminativa convolant, licet non evacuarint redundantiam materiæ. Hæc! quantæ etiam hi molestiæ authores, dum curare saragunt præposterè: liquant vehementi calore flatus, & fuscitant ulterius, nec digerunt, vel resolvunt eisdem: redundans cruditas calidiorum vi uberiorem largitur proventum.

Frigida sanè præopto, sæpissimè, quæ egregiam quandoque opem præstant; eadem enim normâ in me felicia sunt, quâ in Colum flatibus imprægnatum. Educto lenibus humore, & di-

seusso minus calidis flatu res sanè omnis  
benè transigeretur.

Nimis tamen tardè materiam flatuum.  
*Hiera* sola mihi eximit: aliquando etiam  
viscidam eam membranis impactam ul-  
trà solummodò tenuat, nisi subducto-  
rio alio intensam emendicet vim.

Externa item *Cucurbita* sicca Umbili-  
cum comprehendens ut solet esse sola-  
mini; non tamen materiam effert: &  
nequidem vim quampiam elargitur in-  
ptæpingui, vel distento nimis abdomi-  
ne. Plura sunt hujusmodi, quæ expe-  
rior improficua; quinimò noxia.

*Ructuum*  
*confusa*  
*significa-*  
*tio.* Per violentas autem & sonorias fla-  
tum eruptiones, sive nidorem, sive  
acriorem, sive fatorem referant, ut  
causarum indaginem neglectam, ita &  
præpostera plurima percipio.

Ructuum illa multitudo, cruditaris  
soboles, quum ciborum indolem redo-  
let, non est: nec mihi imputanda, quum  
aliunde, ut in Hypochondriasis, irre-  
pant flatulentæ, vel violenter coctioni  
incumbens commoveor. Egone nido-  
rem raphanis, cæpis, ovis seixis, aliisque  
extractum suppressere possim?

Egone si bilis infusa eundem exha-  
let, mox de intemperie calidâ accusan-  
dus? vel si acidum eructem, necessa-  
riò ex frigore laborem? nec possim ex  
frigidis assumptis, licet calidus, vapi-  
dum.

dum colligere acorem? Proportionatam semper materiam desidero; ex frigore debilis etiam calidiora, mel, saccharum, in acidam cruditatem convertere soleo.

Omnis actus coctionis tamen infrugiferus est, quo eructo toties, Ne ergo defatiscem, eruditas parca diata, & cibus boni succi corrigibilis solum fiat. Quur plurimis in casum auxiliis solliciter, quando nequidem inficior, nisi alieno malo?

Importunam Ructuum violentiam, quam non nisi rarissimam deprehendas, hic tamen exemptam velim: cogit eam ad singularem languorem, cogit ad auxilia alias non necessaria: solis interrim *pilulis iliacis*, solo *Ambari* usu granulatum adhibito eam submotam novi. Reliquam Cruditatum historiam differo, donec quæpiam Appetitum meum ablatum, auctum, vel depravatum concernentia pertexuero.

Præcedit *Appetitus* fermentationem; præcedant etiam illius vitia, hujus. Solum Appetentiæ authorem Spiritum meum fermentalem astruxi supra; hujus lapsus, hujus impedimenta heic strictim quidem adumbrabo, ut excidant vana commenta animis eorum, qui satis ad meam felicitatem esse putant, sin jucunda sibi finxerint somnia.

*Appetit-  
tus ablati  
causa.*

Spiritus

Spiritus meus esurius ac vorax fermento originem; fermento augmentum debet; hoc ergo deficiente prostratus jacet *Appetitus*. Defectus vel quantitatis vel naturæ est.

Si non instauretur perpetim per inspirationem ex arteriis, per *Saliva* decubitum, per sufficientes à Chylo restitanti reliquias, consumit semet sensim, voraciter incumbendo vel ingestis, vel villis meis. Quam variis autem ex causis horum instauramentorum defectus obtingat, non longius arcesso.

Omnis corporis languor, omnis Cordis molestia protinus ansam præbet: Cuique parti vicinæ vel remotæ, me, meumque Spiritum prosterneudi potestas est. Defectum autem Naturæ suæ nanciscitur idem Spiritus, quum succus, vel excrementitium quid alienæ qualitatis permixtum vim ejus perimit, & demolitur; obtusionem infert. Sic videas passim in *Cacochymicis* hunc languorem; sed in *Melancholicis* ex redundantia fermentali acumen. Defectus autem omnis à necessario consequo; Cruditatem nimirum haud difficulter colligendus.

Præter hunc, salvo sibi Spiritu, sed actu vellicandi impedito, prosterni *Appetitus* contingit haud rarò. Nimirum laxus ego, redundans variâ sæculentiâ,  
olco-

oleosis, pinguibus, pituitosis præsertim circa orificium meum obsitus vellicationem Spiritus non sentio: *Adm-*  
*Onia* ob vitia nervorum meorum non excludenda: propter hunc enim exquisitoris sensus defectum torpet quandoque etiam *Appetentia*.

Omnes has prostrati Appetitus causas eâ de re numeravi, ut justum moderamen in auxiliis adhibendis obtinere possim. Quos motus, quas tragœdias ab inconvenienti tolerem diætâ jam retuli. Media restituendo *Appetiti* tui insuper illata, ut adimpleri non detrectem, quid hic querar?

*Ad eundem remedi-  
 eorum moderamen.*

Eximi mihi Hierâ, eximi Agarico, vel Rhabarbaro alienum humorem, si obsideat cavum meum, non reformido: nec respuo abstersionem facum, ac mucilaginis, quâ involvor: modo veniant acida, & vitriolata cum temperie, & congruis vehiculis, reperio salubria.

Ipsam Vitrioli vel Salis spiritum, dulcificatum, tam amicum illo meo, ut quasi sepultum resuscitet, & consuetos illi stimulos reddat, nolim suspectum reddere. Sublatum tamen in his quoque sæpiuscule temperamentum doleo.

Quid juvat ægro mihi *Appetitus*, quid convalescenti, si ingesta non digeram, desti-

destitutus robore? Sæpè, & parum alimenti exhibitum commonefacit me mei operis: jucunda in eodem aciditas, aucupata blandè circumvenit Spiritum meum: tolerabilius ita quidem & gratius omne id, quod sub specie cibarium venit.

Egregiam scilicet laudem Decoctum fol: agrimonix, absynthii, ac centaurii minoris per quinque dies usurpatum apud *Lazarum Riverium* in observationibus retulit, quod me ex inappetente furentem reddiderit. eâ nimirum cote acuendus Spiritus, ut caninam excitet ingluviem, quam vix pinguibus, vix vino generoso sedare possis?

*Belymi,  
& Canina  
fomis in-  
cursus.*

Et quoniam sic *Appetitus* adaucti memoria incidit, ad eum progredior. Tam efferatus, ac insaturabilis aliquando evadit Spiritus ille meus, ut afflictioni summæ, & ineffabili sit oneri. Gravidus ego ac prægnans tam furioso hospite miserrimè dego. Instar aquæ Stygiæ omnia mihi absorbet, & quasi in rabiem efferatus & traductus depopularur non saltem crustaceum mucum, sed & villas omnes.

Sub hâc ejus rabie vix tantillum temporis ingesta sero, sed toties deplere me vomitu cogor, quoties repleor. Quinimò quum hâc exoneratione violentâ me sublevare nequeam, quia  
spi-

spūto acido continuo forte impediōr, animus malè habet, corque dolet, ex labore meo. Quid proſit viſ mihi co-ctrix, ſin hoc vitio contaminor? Quid vigor ullus, ſin adèò corrumpor?

Ex variis autem tam inhospitalis ſit mihi hospes meus, ut me redigat in has anguſtias. Neſcio tamen frigus, neſcio calorem adauctum. Nimum acidorum quidem uſum, eorundem ex toto ad me regurgitationem exaltare Spiritum profiteor: acrimoniã bilioſã, & ſalſè pituitoſã eum pervadi, ac miſceri percipio: nitroſã, armoniacã, vitriolatã, ſalinã vi eum imprægnari.

Quandoque tamen inſatiabile com-eſtionis deſiderium excitat, non quòd adèò ipſemet ſit depravatus, ſed coactus, quia omnem illapſam exſorbent mihi eſcam *Vermes*, nec habet tum, quo exerceatur. Appropinquant enim ſæpius ori meo, & depopulantur in, fructiferè alimentum *Lumbrici*.

Tantus autem Pharmacorum horror me pervaliſit, ut in graviffimo hoc caſu malim auxiliarem manum ex culinã depromentem neceſſaria. *Lumbricarum* necem non diſſuadeo; nec cum expurganda colluvies, levia, quæ ſimulaſtringunt, ut *Myrobalanos*, *Rhabarbarum*. Alias pingua Juſcula, *Ovorum vitellos*  
indu-



*induratos, ex Lacte pulcillas, & Vinum post pinguium usum affatim haustum solummodo desidero. His sedari tam ingens carnificina mea ut plurimum solet.*

Vinum quidem non nutriendo, vel extinguendo frigus, vel mucosa incidendo quicquam proficit. Spirituositas ejus mordicantem mei Spiritus acorem corrigit, temperat, & impedit; ferociamque cicurat.

Mordax Acetum, Vinum jucundum est: abscedentibus à Vino Spiritibus acefcit: remixtum *Vinum Aceto* denuo spirituaescit. Mixturam hanc ergo Spirituum in cavo meo mox salutarum invenio: Atque hæc ab Alkali & Acido temperatura non improficua.

*Pica vel  
Malacia  
insolentia*

Ita quidem Spiritum meum languentem, ita efferatum vidimus, sed nondum aliena ab alimine, & absurda desiderantem. Tam sævum, violentum, & imperiosum cum habeam, ut ad calcem parietibus evulsam, cretam, carbones, araneas, carnem humanam, aliaque non esculenta ingerenda compellat? Idque elective?

Simplex ceterum meum expletionis desiderium est, manetque. Cerebrum imaginè hujus vel illius capitur; distinguit, ac dijudicat. Hujus ergò vitio accidit, quod posthabito periculo in perniciem ruam, res inedules quoque in  
infan-

infantibus, suscipio, sibi iudicio non constantibus. Corruptis Uteri exhalationibus cerebrum æquè patescit, ac ego.

Non est interim, ut me prorsus absolvam: me monstrant Cardialgia, anxietas, spuitio, vomitus. Hic Naturæ mos, me in matre afficere, per me potius expellere noxia, quam Utero, ac foetui ut pariant discrimen.

Detenti ergò menstrui soboles etiam ad me perreptat, imbuit alienâ, inexplicabili qualitate Spiritum meum, putidis, & tetrâ labe sædatis orificium. assoleo sic vitiari gravidis, soleo & aliis, quibus pessimè affligor, miserèque dego.

Tam perversum tamen, aberrantem, que me nunquam censeas, ut similia imbibito vitio expetam. nullâ ego similitudinis imagine deludor: contraria deamo, ut liberer: levis absterfio, facilis vomitus, victus attemperans commodè me deliberant.

Concessa, quæ videntur appeti, in maxima me conjiciunt mala; quia imaginatio tam absurda, & noxia mihi parat. Nescio vim portulacæ, rutæ, fabarum adjutricem.

Quod evadam ingestorum damna, non est, quia quadrant insidenti humori: robori meo persæpè imputandum;

dum; alias quod ἄνω καὶ κάτω rejiciam. Ast non urgeo hæc ulterius. Nec enim operæ ducō speciem damni cujuscumque proferre, quod absurditas ingestorum mihi infert.

*Imbecillitatis Ventriculi enarratio*

Fiat Imbecillitati, sive Cruditati omnigenæ meæ locus, bonis tandem avibus. Præcipuum id vitium præcipui muneris est, ac maximè frequens; sexcenta spargit toto corpore mala, & infinitam propemodum congeriem.

Χυλοποίησις autem mea evertitur, labascit, ac depravatur; trigâque hæc Cruditatis vel *Imbecillitatis* nomen absolvitur. Scilicet tam bellè mecum agi solet; ut non solum tardius & ineptius, sed & planè non, vel malè procedat Officium meum; quod alias divinum non humanum opus jure vocat *Galenus*.

Spiritus meus suas hîc quoque vices habet. Derelinquit laudabilem suum statum; utque virium suarum vel nimium, vel minus habet, prævium Chylificationis opus fortiter, aut languidè nimis agit.

Sic pars ingestorum ex alcali & acido in falsum transit, & coalescens sæpius per Ructum ori se sistit: Nec tam frigoris mei, vel caloris indicio *Ructus* hi obtingunt; quam mei Spiritus lapsu.

Hujus ergo prævio præpeditus opere

nuto,

nuto, lapsabundus, ut neutiquam vitalem perfectumque conficere *Chylum* possim ineptum liquamen, aquosumque, vel aliter dispositum meo tum procedit opere.

Quos autem motus, quas tragœdias citet Cordi, ac sanguini monstruosus meus fœtus; in quam vitiosum cedat nutrimentum, scabie sædâ, tumoribus omnigenis, aliisque manifestum jam non edissero.

Licet verò Spiritus meus non fonticè defatiscat, meamet tamen vis substantifica culpabilis reddi potest, & tam intemperiei, quam organicum subsequi lapsum. Sustentamen subtrahit persæpè Cor, morbis animi, corporisve præpeditum. debilitatis serax mihi & senilis ætas est. Subtrahit etiam robur meum noxa quævis meorum vicinorum.

Quoties retrimenta mihi collecta, vel aliundè transmissa varii generis opplent meos villos, inquinantur contagione ingesta; turbor ego, & minus faustè ago. Omnis tumor, & inflatio suum confert onus.

Quibus erroribus externis *Alimenta* me intrent, supra sufficienter indolui: non repeto heic copiam immodicam, non ordinem incongruum, non alienam vim.

Non

Non sisto me invicem bonis illis amicis meis, qui ita *Gulam* pascunt, perinde quasi meam rem bello vindicaturi sint, ut monstrem illis casus meos.

Non repeto horum anagyrin, quâ vix experrectis Jentaculum, mox Prandium, sub id lusus poculorum, dein una vel altera Merenda; rursus Coena, post hanc Repotia ultra gallicinium protensa; non unâ per fidem meam! mensium vel annorum sequelâ manent. Quorsum horum repetitu bilem mihi denuo moveam?

*Ejusdem  
neglecta  
dignotio.*

Præfiscinè dicam quibus nominibus obstrictus sim illis, qui digitos indignè habent auro revinctos. Conspexit *Mennippus* olim è *Lunâ* tumultum discursantium Mortalium instar turbæ, culicum ac muscarum apud *Lucianum*: non licet tam securè in Microcosmo mihi delitescere, quum languco, & magnifice ridere circumvolitantium agmina.

Quilibet arbitrato suo in me desævit, & fidem invenit, dum tanquam pollice, vel filo statum meum metitur, perinde quasi fuerit mihi à secretis, nec indigeat ulteriori consilio, vel indagine: (libentius hoc loco hos incesso, quia frequentissimo debilitatis meæ malo toties sibi omnia in me licere putant.)

Quor distincta causarum imbecillitatis

tis

ris meæ ratio illis subveniret? Quum vitiatum intus me succus obversatur & luxuriat, num sputo vel vomitu ejecta, num saporem Ructuum abominabilem, num amaritiam, ac oris morsum, num gravitatis & fluctuantium sensum saltem à sumptis epulis interstinguerent? Cui bono anxietatum, dolorum, morsuum, murmurantium flatuum, factorum observatio?

Mox sine cortice ipsis experiri licet natationem, & turmatim sexcentis me incurfare pharmacis. Semper frigere iis censeor; nunquam ex aliâ causâ debilem me inveniri putant: sufficere se, modò ingens parent incendium, arguunt.

Sic inexploratò Gillis, Elixiribus, extractis stomachicis, Aquis stillatitiis torqueor, & tanto oppleor incendio, ut profus apud me non sim. Si forte his quasi præstigiis spei melioris quippiam affulgeat; papæ! quæ non exultatio, qui triumphus, quæ encomia, perinde quasi vel *Africam* devicerint vel *Babylonas* ceperint.

Interim ego resocillari visus, foveo intus malum priori pejus, quod non longè in nervum erumpit. Hujus farinæ omnes quum perceperint quotidianâ alvi dejectione me plurimum juvari, vel excrementis in hærentibus de-

M

bili-

bilitari, protinus fortiori sursum vel deorsum evacuante pharmaco ita ulterius robur meum exterminant, ut ad me non redeam: quinimò pleniori diluvio in me concitant retrimenta aliena, quæ imbecillis neutiquam expellere possum.

*Remedia  
diorum  
ad ean-  
dem usum  
incon-  
grua.*

Mehercules! nec *Hippocratem*, nec *Galenum* judicem recuso: prodat vel quivis sanâ mente præditus, qui modicè saltem aureum illum ramum aucupatur, sensum suum: Num pristino me imbecillum restituat ac reddat vigori conveniens ac grata vitæ ratio, an verò pharmacorum congeries?

Dignus mea laude *Crato* est, quod optimam Medicinam præscribere supervacaneum judicet iis, qui bonam victus rationem tenere nesciunt. Seposito errore externo domestica ut plurimum virtus mea est, quâ reviresco.

Ipsa mihi Hiera amarore infesta: Omnia Aloëtica, nisi promptè elabantur, suffero indignabundus, licet astrictoriæ partes robur afflare videantur.

Quid ab Elixire proprietatis Paracelsi spectem, nisi foret acor & constrictio?

Quid ab *Absynthiis* tam amaris, nisi plurimum astringerent, & Ponticum præ cæteris?

Quur

Quar *Vina medicata* frequentiore non inveniunt usum? Vim illa alimentosam ingerunt; medicam quam occultant, ingratiâ non polluunt; cum potenti blanditiæ necessarias exserunt vires.

Quar *Acidula* negliguntur tam naturales & mihi amabiles?

Quar reliqua, quæ magis culinam sapiunt? *Jura Pullorum*, cum vino, *succo citri*, ovorumque vitellis? *Pulveres peptici* ex pane tosto cum familiaribus aromatibus?

Nil detrahi velim integro *Piperi* deglutiendo; nil *Zinziberi* succoso condito, licet per singularem casum in me post mortem remansisse visum fuerit *Platero*.

Non ego astrictoriam in *Zedeariâ*, *Galangâ*, *Helenio*, *Corticibus Arantiorum* & *Citriorum*, aliisque vim posthabeo, aut condemno.

Sed *Tincturam Ambra*, pretiosa *Magisteria*, amarum illum ex pelliculis stomachi gallinarum pulverem, & sexcenta ejusmodi, quibus à mortis limine ad vitam revocandus ipsis venio, jure excipio cachinno. Spiritum *Vitrioli*, *Sulphuris*, ac *Salis* etiam supra attigi. Hos dulcificatos volo adeoque Spiritui meo fermentifico congruos. Tum, fateor, cum cochleari juris, vel panatellæ



læ ante cibum omnem sumptis mirificè Spiritus meus recreatur, & fermentum, coctionis meæ conciliabulum instaatur; quin & tartarea, sulphureaque impuritatum saburra destruitur.

Non tamen cuius imbecillitati meæ æquabiliter succurrunt. Detrusus sæpè in hos casus sum, ut conservas aliorum, & Electuaria alia, & alia salubriora comperiam.

Jam autem externa quid censeam, quæ modò anticæ, modò posticæ regioni applicantur? Quod *Vulturis tegmen* vires mihi ingerat coctrices, cum *Lemnio* probem, & quidem pro situ pilorum diversas?

Quod accubitu vel *canicula junioris*, vel *infantis* fatus meus commodè promovendus, ubi *vola manus* admota optimam supplet vicem?

Quod pretiosis *Sacculis* & *Scotis*, *Emplastris*, aliisque admotis non onerer, non graver?

Quod decubitus è dextro mutatus in sinistrum mihi fructuosior? Egone Diei, Vigiliis, ac motui non violento meâ causâ invidiam quod conciliant & contemptum subscribam?

Tolerantiâ mea quum etiam *Somnum meridianum* modicum commendet, egone cum omnibus eundem proscribam? Non ludam diutius has fabulas,

NEC

nec inani me rixæ immiscebo : Satis verborum deperdidi.

Transco ab *imbecillitate* meâ ad *Dolores* *Dolores*  
*Ventri-*  
*culi &*  
*eorum*  
*causa.*  
varios, toties mihi misero paratos. Dârâ quidem operâ *Natura* prudens tot mihi, & præcipuè ori sinistro junxit nervos : At violentum tangibile est, quod sensum ab his productum corrumpit : hoc mordicans, divellens, colliquans, gravans tam tristem, confusumque eum reddere potest, ut quandoque ad violentam & mortiferam adigat hominem manum.

Omnigenus Humor, flatu, vapor, vermis, lapis, cibus, potus, res deglutita pungens, os, nucleus, pharmacum, venenum, & innumera alia me subinde læscunt.

Heu meam sortem, quia toties amplexus meos in crucem mittere cogor ! Non partem unam ex omnibus similes casus in eandem mecum referunt fortunam ; non possum enim ego offensæ externæ aditum præcludere.

Atteror & affligor subindè ab alimentis intransantibus : Carnis, panis, comestæ in acetario becabungæ, aliorumque repletio gravissimè me afflixit. bonus quidem, sed in me corruptelam vel acrimoniam adeptus cibus vicissim me graviter afficit : Lac modò coagulatum, dolorificum evadit.

Sin quippiam villis meis deliteſcat , vel fundo inhareat , cibus exagitat , aut elevat ingeſtus : rarò idem ſedat dolorem , quum acrimoniam humoris ob-  
tundit.

*Helleborum , Aconitum , Arſenicum , &* alia ad necem uſque torquentia non re-  
fero.

Nihil vapidum , nihil acre cavum ſubintrat meum , quin moleſter.

Incubitu corporis , & ſitu legentium prono comprimor , vel compreſſa veſicula felle inundor. dum inflantur , vel rument incumbentia Viſcera , premor. ab adverſo etiam frigore roſionis ſenſum incurro.

Vix febris ulla , vix aliud morboſum , quapiam corporis parte ſpargitur , quin mihi dóloriga infundat. Ecce

————— *tot funera vivus*

*Excipio , atque uno repetitas corpore mortes.* Licet autem non ſemper pari graduum vehementiâ affligar , ſatis tamen evidenti argumento triftis ſe mea expedie ſenſatio.

Dixerint continuam oris lancinationem *Cardialgiam* ; ſed morſum facilè ſolubilem , nec valdè moleſtum *Cardiogrammon* : appellarint obtuſum cum exſolutione ſpirituum , ac ſudore dolorem , *Cardiacam* ; ſed cum jeſtigatione totius hinc & inde factâ , *Anxietatem meam* :  
non

non laboro valdè hujus distinctionis ergò.

Utique omnis mihi dolor præsens est atrox, licet asperrimus ille, qui Ori proprius: hic conspirans Cordi, Syn- copem, sed Cerebro, Epilepsin concitat sæpius. Possit tamen cunctis facile advertentibus meus constare labor, & dolor, ut de remedio saltem prospiciant, quia antevertere causas neglectum est.

In recto autem Remediorum usu so- *Dolorum*  
lumen ego semper inveniam, ubi in has *perversa*  
angustias conjectus sum? Quum festi- *sublatio.*  
no nimis pede properatur vel ad sym-  
ptoma, vel ad materiam extirpau-  
dam? Et vel sequax satis materia abdu-  
ctione forti secluditur, vel pertinaciter  
impacta, & tenax leni quopiam non  
plenè, nec planè eximitur?

Quum misturam *Opiatorum* cum ipsis  
Purgantibus potius sufferam, quam ut  
in casu hoc ulteriori facinore sævientes  
tolerem, non tamen salva ad eligen-  
dam viam securiorem manet libertas;  
Etiamque timendum habeo, quia con-  
ditionem bonam præceps rapit festina-  
tio.

Non renuerem tentamina; modò  
robur dilapsum mox redhiberetur; non  
obtundentibus sensum *Narcoticis* resi-  
sterem. Sæpè tamen infirmitas mili-  
tiam

tiam hanc perdit : sæpè ex rejectione solâ læsio major nascitur.

Pessimum id mihi negotium evadit , quum sublatâ doloris vehementiâ , nulla de causa vel robore meo sollicitudo obrepit. Quid ubi *jejunium* imperatur , quum ab ipso cibo in salutem proficere possim ?

Quid ubi *vinum* prohibetur , quando possit esse emolumento ? suasit certè vel *Seneca* Cardiacis , ut bibant , ac fudent.

Non ego *Corallium* externè applicatum , non *Allium* omnibus oppositum flatulentis , ( à quo solo anxietatem tolero aliquando ) quicquam æquale possidere deprehendo. Nihilominus solida præ liquidis longiorem moram trahunt , & infixa villis attemperant commodius.

Sed tam nunc doloris exemptio inaniter truditur , ut à remediis plerisque nil nisi fortuitum sperare possim , nec *Æsculapio* obnoxius evadam , nisi improbe confectus.

Urendo molestus præ cæteris doloribus mihi quidam est , quem ab ebulliente humore , vel excandescente cibo sublatis aëres halitus subinde faucibus communicant. Conceptus hic fervor parcius vel uberius affligit pro ratione humoris vel alyeo meo innatantis , vel

sub-

*Arder*  
*Ventri-*  
*culo mo-*  
*lestus.*

substantiam imbuentis, ac tingentis.

Cohibitus enim aliquantulum, superventu novi ex biliosa illuvie, vel pinguium, corruptibilium, & acrium usu suscitata flammam ad superna agit.

Quin etiam pondere quandoque degravatus pessum it, præcepique sidit mirabili revolutione ad intestina. Durat autem æstus hic ex fomite, tabescit & exstinguitur hoc deficiente.

Quid rerum soleat agi, dum ita totus ardeo, & exæstuo, non persequor ulterius: quam malè refrigerantibus, ac astrictoriis coërceatur flamma in me, dum nulla repurgamentis datur effluvia.

Quis *Creta*, quæ immensi heic secreti res æstimatur, quis *Nucis myristica*, quis *Oculorum cancri* effectus sit, num imbibant, vel præcipitent, non expromo.

Majoris moliminis res est, quam in *Singultum* adigor, eoque dignioris animadversionis. Tunicam tum propriam meam infestat noxa penitus infixæ, Singularis, & ejus causa. cujus molior expulsionem sursum versus. In hanc lapsus controrsionem mox dilatatis, iterumque re collectis fibris atque constrictis, quod insidet altius concutio, & fixum mobile conor reddere.

Quanquam verò ausis sæpius excidam, nec quicquam semper protinus

elidam, tamen apprime convellor, misereque torqueor, donec excusserim.

*Vincere tum durum est; etiam quia pœna  
trophæis*

*Imminet, & sordes meruit victoria no-  
stra.*

Toties repetito conatu irritor, tam durabiliter sæpè molestor, ut in vigesimum vel trigesimum diem tortura se extendat.

Pars carnea, pars etiam Nervosa & fibrosa Tunicæ meæ infestatur: jam orificio saltem sinistro, jam toto corpusculo expanditur mali labes.

Depleo cavitatem quidem vomens, at singultiens substantiam: huic quod excussi; aliquando per Vomitum rejicio: prærit tamen, vel sequitur *Vomitum Singultus*, prout vadit expulsoria insurrectio.

Communi quidem membranâ includor eum *Septo transversò*; at quæ sufficit ad consensum, non efficit hunc motum; velut nec vomitum: auditus ex accidenti-sonitus non statuit respirandi effectum: nec enim *Pulmones* singultiunt, sed ego. attamen in pulmones ut & cerebrum per nervos meos vitium traducibile est.

Quinimò tensio firbrarum insignior etiam animum prosternit: nec non aliquandò *Aphoniam* infert; & prout son-  
tico

tico subest morbo, per Febres, Deliria, Sopores, syncerosque Vomitus meos periculum trahit manifestum.

Cæterum omne quod acre, quod malignans, quod durum pungit me & premit, ex assumptorum, vel influentium genere est. *Alimenti* vel *Pharmaci* species quæcumvis; ipse *Chylus* naturali saltem accidente molestus, aliterve corruptus; solus *pulvis piperis* superhauſto vino profundius adactus; *vapor* ex verminatione sublatus; conſequens immodicam evacuationem mihi exſiccato & corrugato moleſtia; Succus tamen præcipue acris redundans ex omni corruptibili.

Non morbos ipſos, non coſtarum extremum, non ſaniam, non venena, non flatus excludo. Et quæ ſeriem cauſarum inveſtigare ac monſtrare pergerem? Quemquam ne hinc magis mihi morigerum, ac attentum, minusque infeſtum reddere queam?

Ipaſa quidem cauſarum varietas variare debet curandi modum; & ſecundum indolem cuiuſvis dirigi media. Aſt fruſtra in hæc vota propero: cui vacat horum anxia diſquiſitio? Sin ſenſus obtuſionem per *Philonium*, *Theriacam*, vel *Laudanum opiatum* nanciſcar, plurimum debeo: excuſſio materiæ & ſubduſtio ejuſdem ſoli mihi linquitur.

Ad Sin-  
gultum  
tollen-  
dum au-  
xilia.



Quod si in super demulceri contingat acrimonia per pingua, ac oleosa: si spiritus cohibitus, & in angustiam redactus me adigat: si Sternutamentum violento perspiratu, ac motu mihi emoveat, quasi vecte infixi, quantis ecce, nominibus obstrictus dego?

Nonnunquam fractus diu singultiendo, ductâ fortiter alvo fermè confectus fui.

Quamvis autem à plurimis aliis majorem sæpius habuerim offensam, non in video tamen laudem probatis aliquibus, quæ mihi fuerunt subsidio. *Cucurbitula* sola supra oris regionem applicita miraculi loco fuit. *Puppa* ex semine *papaveris albi ac anethi* inficiens potum; superbibitus vini malvatici haustus comestæ *zinziberis* radici; plurimaque alia profuerunt.

*Iulepum Foræsti* etiam commendatum *Horstio*, tanquam unicum è multis fructuosum sensi.

Fomentum ex vino cum spongiâ non inutile reperii. De sino plura, quoniam sic satis remediorum, si modò benè utentium foret: nec ego institui præesse Medicis, sed moderamen saltem rogare.

*Nausea  
ac Vomitus  
deducere*

Procedo igitur ab illo symptomate, quo deplere substantiam satago, ad illa, quibus capacitatem meam. Ea cavitati

meæ

meæ haud raro obnascitur molestia, quâ subvertor: possum enim vi motrice, possum fibres abuti stimulis ac impulsus.

Destinatum quidem receptioni, non ejectioni os sinistrum; sed postquam invador hostiliter, nescio usus, nescio modum; constrictis lateribus, aducto fundo ejectionem molior. Et licet irritus persæpè conatus sit, quoties nimis pauca, vel contumax materia, aut imbecillis ego, tamen absque tristi sensu, molestiâ, æstu, & anxietate, depluente per os aqueo humore non suffero quippiam.

Impetuosa ac palpabilis subsequitur rejectio alias; tamque imperiosus & violentus vindex evadere soleo, ut velint, nolint, omnia mihi parère necessum habeant. Aliud quodque malum, atque illud meum, neque perinde sentitur, neque tam latè manat.

Morsus, anxietates, tensiones, rigores, frigora, calores, marmaraciæ, vertigines comitantur cladem meam, vel prænunciant.

Quantum aliarum commoditatum abstulerim toto, ubi extremè enormis me incessiverit commotio, non jam refero: nec quoties vincula tam Sanitatis totius, quam vitæ ipsius contemrârîm & disciderim per hunc tumultum

tum, ut viventi vix vivere licuerit.

Soleo autem conturbari, gravari, irritari jam ab ingestis, jam ab irruentibus succis & excrementis, jam vario morborum genere torqueri.

Nec juvet ad calculum nunc sedere omnium, & actum agere, licet nullis satis lachrymis hæc mihi deflenda calamitas sit. Quod copiâ ac qualitate *Alimentum* me infestet: quod etiam cibum modicum externa conturbet violentia; & membrana me ac fauces simul succingens offensam suam continuet: quod turpe, atque abominabile per casum aut necessitatem admissum quippiam, ipsaque imaginatio me compellat, non tango.

Nequidem Medicaminum vellicantium aut pungentium jam censum habeo. Pariter sollicitantes in morbis tam meis, quam aliarum partium casus negligo. Corruptelam Chyli, coacervata mihi excrementitia; vel catervatim irrumpentia salsa, amara, acida, acerba, nigra, prasina; fætida, sordida, fæculenta, verminosa, purulenta, sanguinea non numero, quum vix possim.

Tam abominabile, aut horrendum nihil est, quin per me transitum sortiarur. Monstra partibus omnibus, monstra etiam mihi obtingunt. Nequidem à subjugali lotio, nequidem à fæcibus alyinis

alvinis ordine suo transmittendis liber fui in quibusdam.

Vermibus ut nec introitum, sic nec exitum denegare possum. Ipsam dice- res æruginem, ipsam picem, aut si quid atri- us, pejusve in copiâ me rejicere in- tervallatim; ita pelves infectas nec lixi- vium, nec fortis eluit quasiatio.

Exemplis singulis monstrare meam miseriam non laboro: adeant curiosi horum observatores, adeant compila- torem *Schenckium*.

Sanguis ab affectis malè visceribus haud rarè me impluit per arterias de- latrices, ac janitrices: qui autem ex membranâ erosa, vel meis saltem re- feratis vasis excidit, non aded mul- tus est.

*Sanguis vomit*  
1766

Impluvium non accidit sine præ- grandi violentia, ac maximo virium omnium casu. Nec sanitas sperari aut spectari possit à recursu. Tertiæ vel quar- tæ ejectioni succumbo, vel crebriori *Ascites* certa adest.

Nunquam tamen Jecur in me pro- fundit sanguinem, aut tumore suo Lien.

Restagnans Mensium ubertas non tanto cum periculo destinatur evacua- tioni: hujus onere oppressum Cor, & errabundum molitur per me, sicut & per alias partes evacuationem, licet per-

perverse : & liberat ab hoc me casu , de-  
bitâ mensibus concessâ viâ.

Alias à sanguine hoc relictî cavo meo  
thrombi, corruptique perhorrenda mi-  
hi pariunt.

Omentum quidem etiam sanguinem  
infudisse mihi memini , ut & varium  
aliorum humorum proventum.

Per me tamen evomita *Hepatis*, *Lie-  
nis*, *Pulmonum*ve frustra nullus credas ;  
Compererim licet mira, & seculo igno-  
ta , hoc tamen vivens non comperi.  
Concreti Sanguinis grumi carneam &  
fibrosam sæpè substantiam quandam re-  
ferunt : alicui ingestorum alias sanguis  
circumcreſcit : sic pulpam ficuum cum  
impactis seminibus feliciter deprehen-  
dit *Platerus*.

Tam fibrosus item sanguis esse po-  
test, quasi membranâ colligatus : Etiam-  
que grumi in viciniâ quâpiam meâ à se-  
ro derelicti , compacti , putrefacti in  
me promoventur. Sed in his facilem  
assensum inveniam : Utinam saltem mi-  
nus laboriose excluderem frustra duris-  
sima illa ; ac Ovisiformes globos ex con-  
creta pituita densatos , aliaque.

*Cholerica  
passioni  
memora-  
tio.*

Ast quid hunc laborem memoro ?  
longè funestius res meæ sese habent,  
quando per utrumque Orificiû meum  
expulsionem molior , miserrime per-  
turbatus , protritrus , afflictus. Tum  
sanè

sanè quasi furibundus contentam noxam supernè ac infernè eliminans, cum eâdem projicio salutem, ac consequenter vitam.

Videas sub tanta mea perturbatione accelerari Spiritum, jectigari membra, convelli musculos, curvari ac albescere digitos, liverè unguës; percipias vermiculari pulsum, palpitare Cor, rotari caput, algere extrema, lotium impediri, & compati mihi totum ad mortem usque dolorum plenissimam.

Ego totus mihi alienor, & corrumpor à corruptis. Varium autem est, quod excernitur, sed principatum obtinet biliositas. Agitatus intimo suo fermento humor, corruptus & acrescens cadaverosa putredine me inquinat, & inficit.

Irrumpit autem in me per arterias licet insertione exiles, sed & per omnia vasa, quum suboritur ingens procella.

Incitabulum huic malo præbent dulciaria commesta, cruenta farcimina, lacticia, fructus fugaces, corruptibilesque, pharmaca ~~degenera~~ excedentia modum, & alia: Cumulant verò illuviem per plurima, quæ non numero.

Alias etiam halitus acres ex adustis falsisque in me corruptis elevati, dum aliorum permissione effervescent, & ebulliunt, instarque olei tartari Spiritu

ritu vitrioli irrigati effumant, utrumque orificium meum stimulant: Ejicium quidem plurimum strepitus, nihil humorum. Non hoc tamen malum tam grave habeo, sicut alterum, quo vix quippiam acutius, atque damnosius.

*Remo-  
diorum  
ad hos  
Ventri-  
culi affe-  
ctus pra-  
posterus  
usus.*

Quid pluribus? has in angustiis con-  
jectus sin debitas auxiliares percipe-  
rem, obdurarem nunc malo, nec quic-  
quam adjicerem. At quid fieri solet?  
vix quum opus habeam stimulo, ut-  
plurimum autem freno, utrumque  
non commodè obrineo.

Astat hic contemplator, quum jaceo  
ultra terminum in angustiis: auxiliator  
alter venit, non ut mitiget impetum,  
eximat & temperet molestiam, sed ut  
supprimat protinus excretum omne.

Quis aptè invigilaret causis? Quis fa-  
cilitatem meam in hunc vel illum exi-  
tum propendentem attenderet?

Transfusa ex universo biliosa per me  
superna petere, crassiora alia vergere  
ad inferna nequidem rescire dignantur:  
nunc autem utrobique vel adjutamen-  
to caverent majorem alluviam, vel  
impetu non sinistrè represso dolorem,  
ac tensionem? Dierum numero me-  
tiendam meam commotionem putant,  
ubi vix horarum spatium largior, quin  
viribus concidam, & consumar.

Contra verò alias repulsâ, protinus  
mate-

materia, nec satis expulsâ, Cordi ac mihi ineffabilem creant molestiam, ubi aliqualis saltem virium exsolutio, nec brevis *ἀνάβολη* fuerat tam nociva. Quid quod præpinguibus saltem jurulentis, manna, ac mellitis in corruptelam tractis offendar sæpè pejus?

Quid quando citatus vomitus synco-  
pen imminentem, & convulsionem  
accelerat? Omnis sanè susque, deque  
molitio non adeò semper ut malum le-  
niat, obtingit. *Fricciones, cucurbitæ, vin-  
cula* anxietatem vix tollunt.

Nequidem *Flordei decoctum*, lactisve  
Serum satis in tempore tergent, mor-  
sum cohibent, aut supprimunt ardo-  
rem. Nec ex rosis, cydoniis, granatis,  
ribibus, aliisve confecta satis prompte  
reparant casum meum.

A Cristallo autem quid præsentissima  
expectatur restitutio?

Appositissima mixtura salis absynthii  
& succilimoniorum; cinamomi aqua  
cum menthæ vel granatorum Syrupo,  
spirituque vitrioli: Succus carnis tostæ  
cum vino rubello: Ovum sorbile cum  
succo cydoniorum: aliaque hujus nor-  
mæ jam ut nimis vulgata sordent.

Nimum scilicet nota vulgò sunt ex-  
terna panis tosti crusta, placenta ro-  
facea, cydoniorum pasta; ad secre-  
tiora recurrendum, perindè quasi mea  
inter-



interfit, quod non simpliciter juret.

Jam autem *Sanguinis Vomitum*, tanquam omnem mox purpurea comite-  
tur anima, non restringerent protinus,  
non etiam nunc mihi infusum compe-  
scerent? *Lapide, bolo, terrâ* opus est,  
tanquam sacris quibusdam anchoris è  
vestigio jaciendis: de restitanti-  
bus grumis solvendis, de thrombis mihi eva-  
cuandis nulla quidem cogitatio subit.  
Ita in his, in prædictis, in aliis omnibus  
affectibus claudi more proceditur.

*Epilogus.*

Atque sic dixi malorum meorum  
specimina; tot affectus, tot afficien-  
tia; tot luxus, oppletiones, ac viven-  
di molestias. Pergerem nunc ad singu-  
lares quosque casus meos, nisi lassus  
ad quietem suspirarem. Plus satis quo-  
que hastenus inaniter projectum est:  
Ita quidem mihi, quicquid dixero,  
quicquid exprobraro, ne scintillula  
ulla sublustis in umbrâ spei melioris  
affulget.

Frustra ergò ulterius, quasi pullatus,  
pacem ab inexorabilibus implorem,  
vel per satyram oculis damna mea sub-  
jiciam prolixius. Quid quod nequidem  
modò dictis salibus impunè forsan lu-  
ferim?

Quorsum attinuit, occlamabunt o-  
mnes, probra & querelas protulisse,  
& hinc inde aliorum compilasse scri-  
nia?

nia? His aliisque bis mille nugis jam omnium Nasutorum capita abundè distenta, differaque sunt; ut arbitremur nec *Jovis* cerebrum æquè gravidum fuisse, quum ille *Palladem* parturiens *Vulcani* securim imploraret.

Quasi aliquid monstri alas, ex altero prorepis mundo, nec audimus tamen adeò valdè nova, quæ sola suspicimus.

Quod iratum tuum genium ostentas, non est, ut expallescamus: solet ille alias nobis ferculis placari; nec tam infrugi, aut triparcum est hoc seculum, ut quispiam hâc in parte negligentior sit.

Quid item conquereris, præ reliquis inutiliter partibus ac visceribus? Naturalia tibi munimenta sunt: subducis latera, & præcludis lares hospitalitios vel ad primum mali sensum. Sin exspatietur latius nec vires obterere protinus potes, crepat ædificium tuum ad imminentem mali procellam, priusquam corruat, & fumus incendii tui prænunciatus adest.

Hinc expergefacti succurrimus è vestigio, & plusculum temporis ac operæ tibi impendimus, quod alias reculis nostris impartiremur: Et vel saltem tum suppetit temperantiæ memoria, quum ipsæ ægritudinum notæ corpore se tuo expandunt.

Tunc

Tunc sanè totus tibi concinit Medicorum chorus. Proinde id feceris haud malè, sin desinas jurgiorum, atque in defungendo tuo munere conquiescas. Præcipua felicitatis pars est, ut quod sis, esse velis. Utique optimus quisque à probitatis semitâ nusquam non excidit: &

*Nullus ubique potest felici ludere dextrâ*

Videor mihi tam suspectas in ludibrium meum jam percipere blanditias: ominor etiam pejora, sin licentia exierit in rabiem. Obdurabo tamen & his, & omnibus malis meis, donec calamitas felix aliquando me efferat in altiorrem sortem. Vagum enim me in hoc miseriarum pelago tandem humanior excipiet portus, & demulcebit quietes.

Ad quam dum suspiro, exiliumque circumfero meum, saltem juvabit has promulgasse injurias. Fabulam meam egi, non alienam; ut, dum Stomachus mansero, Stomachari posse dicar: & ne dicar minus verè, jam liberrimè

D I X I

RE-

# R E C O L L E C T I O

## Rerum margini ascriptarum.

<b>V</b> <i>Entriculi nomen &amp; usus.</i>	Pag. 2
<i>Dignitas.</i>	3
<i>Abusus.</i>	7
<i>Gula vitia non impusanda Ventriculo.</i>	9
<i>Ventriculi situs &amp; connexio.</i>	10
<i>Magnitudo &amp; capacitas.</i>	13
<i>Ventriculus etiam est Viscus.</i>	16
<i>Substantia Ventriculi.</i>	17
<i>Partes ejus dissimulares.</i>	19
<i>Ventriculi Nervi.</i>	22
<i>Arteria.</i>	ibid.
<i>Vena.</i>	23
<i>Ventriculus nutritur sero, ac ejus motu gaudet.</i>	24
<i>Motus ille communis est Ventriculo cum omnibus Partibus.</i>	26
<i>Non ergo Chylo alitur Ventriculus.</i>	29
<i>Ventriculi munus publicum, cui inservit Appetitus.</i>	31
<i>Spiritus Fermentalis est Appetitus causa.</i>	33
<i>Non indiget excremento Melancholico ad Appetitum Ventriculus.</i>	34
<i>Prævia Chylificationis in ore.</i>	37
<i>Saliva mixtura.</i>	38
<i>Deglutitio.</i>	39
<i>Complexus Ventriculi arctus.</i>	40
<i>Subactio Spiritus fermentalis.</i>	ibid.
<i>Calidum substantiale cum Sp. fermentali necessarium.</i>	41
<i>Calor hic non est ab ambientibus partibus.</i>	44
<i>Intestina non sunt Ventriculo in actione subsidiaria.</i>	46
<i>Hinc sanè non distrahendus calumniis Ventriculus.</i>	47
	<i>Modus</i>

## RECOLLECTIO

<i>Modus Chylificationis.</i>	48
<i>Chylus cinereus.</i>	50
<i>Fibrosus &amp; aliquando vitiosus.</i>	ibid.
<i>Excretio Chyli.</i>	52
<i>Chylus excernitur constrictoria Ventriculi vi.</i>	ibid.
<i>Non ab Intestinis extrahitur.</i>	53
<i>Vel violenter extruditur.</i>	54
<i>Celerior virium resectio an per Oesophagum?</i>	ibid.
<i>per quas ergo vias contingat?</i>	55
<i>an per Venas Gastricas?</i>	56
<i>an per alias venas, quam per lacteas?</i>	57
<i>Chylus quid a Bile &amp; Succo Pancreatico patiatur?</i>	60
<i>Num Effervescentia naturalis ab his in intestino?</i>	63
<i>Quibus viis Chylus intestinis exsugatur?</i>	66
<i>Chylus quomodo in Sanguinem &amp; Serum transmutetur.</i>	70
<i>Naturalis constitutio Ventriculi erat pramittenda.</i>	77
<i>Num plura alimenti exhibendi loca sint quam Os?</i>	78
<i>Chysteres num dentur nutrientes?</i>	79
<i>Prodigiosa Abstinentia.</i>	ibid.
<i>falsa &amp; fucata esse solet.</i>	82
<i>Rationes pro eadem insufficientes.</i>	84
<i>Inedia omnis noxia Ventriculo.</i>	86
<i>Abigende Inediae non conducit Tabaci masticatio.</i>	87
<i>Nec fumus Tabaci pellit inediam.</i>	88
<i>Non conducit Ventriculo fumus Tabaci.</i>	89
<i>Potius est noxius ipsi ille fumus.</i>	90
<i>Strictissima Dieta non omnibus conveniens.</i>	91
<i>Ne illis quidem qui menti operam locant.</i>	93
<i>Ab ipsis non observatur praescriptoribus Dieta illa.</i>	94
<i>Delectus ciborum sanis supervacuus.</i>	96
<i>Delectus ciborum ridiculus Medicinae studiosorum.</i>	97

Conjue.

<i>Consuetudinis etiam habenda ratio in aquis, no-</i> <i>dum sanis.</i>	100
<i>Nec idio syncreasia cuiusvis negligenda.</i>	102
<i>Hinc non definienda Alimenti salubritas nisi re-</i> <i>spectu assumptis.</i>	ibid.
<i>Non mox constitutio corporis sequitur assumpta.</i>	104
<i>Nec Infantum natura Nutricis Lac consequitur.</i>	ibid.
<i>Ordo Ciborum assumendorum non sit scrupulosus</i> <i>necessum est.</i>	106
<i>Varietas ferculorum ex accidenti saltem noxia.</i>	107
<i>quia ingluviei ansam prabet.</i>	108
<i>Taxat Ventriculus luxuriam hodiernam.</i>	110
<i>Taxat ingluviem universam.</i>	112
<i>Exempla Voracitatis.</i>	113
<i>Satietais incommoda recensentur.</i>	115
<i>Melius est peccatum in quanto non admittere,</i> <i>quam corrigere.</i>	118
<i>Jentaculum non insalubre est.</i>	ibid.
<i>Iustum temporis spatium coctioni dandum.</i>	119
<i>Et Appetitui vero locus est concadendum.</i>	120
<i>Frigus post pastum arguit debilem non validum</i> <i>Ventriculum.</i>	122
<i>Panis ut se habet erga Ventriculum.</i>	123
<i>Ut Bellaria, Placenta, &amp;c.</i>	124
<i>Ut Legumina.</i>	ibid.
<i>Ut Olera &amp; ex his Lactuca.</i>	126
<i>Brassica.</i>	127
<i>Asparagi.</i>	ibid.
N	Ar-

# R E C O L L E C T I O

<i>Artichocci.</i>	ibid.
<i>Cucumeres, &amp;c.</i>	ibid.
<i>Rapæ, ibid. Raphani, &amp;c.</i>	128
<i>Terra tubera, Fungi.</i>	129
<i>Ut fructus arborum se habent erga Ventericulum.</i>	ibid.
<i>Cerasa ibid. Mora, Fraga.</i>	ibid.
<i>Apricotia, Persica.</i>	130
<i>Pruna, Mespila.</i>	ibid.
<i>Poma, Pyra.</i>	131
<i>Cydonia.</i>	ibid.
<i>Citra, Arantia.</i>	132
<i>Ficus, Uva, Passula.</i>	ibid.
<i>Nuces, ibid. Amygdala, Castanea.</i>	133
<i>Oliua, ibid. Cappares.</i>	ibid.
<i>Mel, Saccharum.</i>	ibid.
<i>Sal.</i>	134
<i>Mustarda.</i>	135
<i>Aromata ut afficiant Ventericulum.</i>	ibid.
<i>Acetum, &amp; Omphacium.</i>	136
<i>Carnes Animalium ut conficiat Ventericulus.</i>	137
<i>ut Sullam.</i>	138
<i>Bubulam, Hircinamque.</i>	ibid.
<i>ut Vitulinam, &amp;c.</i>	139
<i>ut Leporum, Cuniculorumque feras.</i>	140
<i>Carnes Avium ut coquat Ventericulus.</i>	141
<i>Gallinaceum genus.</i>	142
<i>Pedices, ibid. Gallinagos, &amp;c.</i>	ibid.
<i>Anseres, Anates.</i>	143
<i>Quomodo partes animalium coquat Ventericulus</i>	ibid.
	Quo-

## R E R U M.

<i>Quomodo Farcimina, Salcizia convenient Ventrículo.</i>	145
<i>Ova.</i>	146
<i>Lacticinia.</i>	ibid.
<i>Butyrum.</i>	148
<i>Cafeus.</i>	ibid.
<i>Ut Pisces conficiat Ventrículus.</i>	149
<i>Passeres, Soleas, Salmones, &amp;c.</i>	151
<i>Lampetras, Anguillas, &amp;c.</i>	ibid.
<i>Ut crustacea omnia.</i>	152
<i>Ostreas.</i>	153
<i>Asellas.</i>	ibid.
<i>Salsamenta omnia.</i>	ibid.
<i>Botarcham, Caviaro.</i>	154
<i>Ut Potum intermistum cibi velit Ventrículus.</i>	155
<i>Ut matutinum potum velit.</i>	156
<i>Spiritus Vini, &amp;c.</i>	157
<i>Aquas Stomachicas.</i>	ibid.
<i>Quomodo Vinum Absynthites perferat Ventrículus.</i>	158
<i>Aqua simplex &amp; frigida ut convenit Ventrículo.</i>	159
<i>Quare ex frigida epotâ tam subita mors.</i>	160
<i>Quomodo Aquam varie paratam ferat Ventrículus.</i>	161
<i>Vinum quale &amp; quantillum velit.</i>	162
<i>Vini abusus.</i>	163
<i>Quomodo noceat Ebrietas Ventrículo.</i>	165
<i>Num crapula hesternâ Vino matutino abigenda?</i>	166



RECLECTIO.

<i>Num Ebrietas semel in mense ad vomitum utilis.</i>	ibid.
<i>An Ebrietas arceri debeat prevenientibus.</i>	167
<i>Num bene potus conveniat cibus.</i>	168
<i>Quomodo Cerevisiam ferat Ventriculus.</i>	ibid.
<i>Quomodo Sydrum &amp; Melicratum ferat.</i>	169
<i>Vidus ratio Aegris limitanda secundum Ventriculi statum.</i>	170
<i>Liber à cibus Ventriculus perfert molius febres atque morbos.</i>	171
<i>Ad erectionem virium etiam vinum utile.</i>	173
<i>Cardiaca non ita magni valoris sunt plurima.</i>	174
<i>Et sæpe noxia Ventriculo.</i>	175
<i>Aque carniū stillatitiæ non aliunt.</i>	176
<i>Nec decoctum Galli uoteris.</i>	ibid.
<i>Omne alimentosum Cardiacum est efficacius.</i>	177
<i>Prosequitur sua ex Pharmacis mala Ventriculus.</i>	178
<i>Et imperitorum Medentium copiam enumerat.</i>	179
<i>Ipsosque Artifices sibi injurios arguit.</i>	180
<i>Et garrulam aliquorum temeritatem accusat.</i>	183
<i>Pharmacopæos inscitie ac negligentie insimulat.</i>	184
<i>Chymicos præcipue sibi infestos exclamat.</i>	185
<i>Antimonialia ac Mercurialia exhibita deplorat Ventriculus.</i>	187
<i>Metallicis his pro cujusvis libidine vexari Ventriculum.</i>	189
<i>Præcipue à Vomitus frequentia negotium fieri Ventriculo.</i>	190

## R E R U M.

- In Vomitoriis exhibendis incircumspecte agi.* 192  
*Malè in omni morborum genere Vomitoria usu venire.* 193  
*Violenta illa Vomitoria nimis promiscue usurpantur.* ibid.  
*Differentia inter Vomitoria & Purgantia.* 195  
*Purgantium actio in Ventriculo est indistincta.* 196  
*Appropriata & directoria non dantur.* 197  
*Omne Purgans Ventriculo est laboriosum.* 199  
*Sed maxime quum absque necessitate frequentatur.* 200  
*Et non adsit moderamen Purganti.* 202  
*Ipsa Lenientia sæpe Ventriculo incommoda.* ibid.  
*Nec Aloë, Hiera picra, Pillulaque ex his tam grata Ventriculo.* 204  
*Pleraque alia Purgantia Ventriculo inimica.* 205  
*Sordent etiam composita Ventriculo.* 207  
*Usurpandi modus preposterus in Ventriculum redundat.* ibid.  
*Mixtura Purgantium cum cibis noxia.* 208  
*Nèquidem mixta cum cibis Pillula felices.* ibid.  
*Somnus ab assumptâ purgatione improfituus.* 209  
*Purgatio Clystere non benè promovetur.* 210  
*Ab omni alio Medicaminum genere patitur Ventriculus.* ibid.  
*Medicamentorum loco sæpe Venena exitialia accipit Ventriculus.* 212  
*Venenosa non fuit potio, sed purgans, quæ Alexandro Magno oblata.* 214  
*Actio Veneni non est determinata.* 215

## RECOLLECTIO.

<i>Deleteria vis etiam ingenerabilis Ventrículo.</i>	216
<i>A Vermibus variis, aliisque ingenitis, vel ingestis affligitur Venterculus.</i>	217
<i>Etiam à Lapidibus ingenitis vel aliis deglutitis.</i>	218
<i>Sed per fascinum rejecta non continuit Ventrículo.</i>	219
<i>Exemplum Langii l. I. Epistolar. 38. singulari.</i>	ibid.
<i>Sub morbis variis varias patitur injurias Ventrículo.</i>	220
<i>Non adeò frequens Vaporum è Ventrículo in caput elevatio.</i>	ibid.
<i>Rarò Epilepsia, Incubus, aliaque capitis mala ex Ventrículo oboriuntur.</i>	223
<i>In Catharris non Ventrículo, &amp; nequidem Cerebrum semper in culpa.</i>	ibid.
<i>Frustra ergò Remediis semper Ventrículo prospicitur.</i>	224
<i>In Pervigiis Narcotica ut damnosa Ventrículo.</i>	225
<i>In Febris, aliisque Cordis morbis quid patiat Ventrículo.</i>	226
<i>Sitis non est accidens Ventrículo sed faucium.</i>	228
<i>In Febris continuis, aliisque frustra torqueri Ventrículo Purgantibus.</i>	230
<i>In Malignis sudorifera, &amp; Alexipharmaca incircumspectè adhiberi.</i>	238
<i>Antipraxia Hepatis ac Ventrículo vulgata nulla est.</i>	232
	<i>Quid</i>

<i>Quid in Affectione Hypochondriacâ patiatur Ven-</i> <i>tricus.</i>	233
<i>Quam malè sub eodem morbo vexetur Medicamen-</i> <i>tis.</i>	234
<i>Alios vicinorum Affectus præterit Venter.</i>	236
<i>Quid in Hydropicis patiatur Venter.</i>	237
<i>Quid in Nephriticis.</i>	238
<i>Quid ab Utero.</i>	239
<i>Quid in Colicis doloribus.</i>	240
<i>Quid in Alvi fluxibus.</i>	242
<i>Proprii Affectus Ventriculi.</i>	244
<i>Generalesque in iisdem injuriæ.</i>	245
<i>Tumorum &amp; Ulcerum Ventriculi varietas &amp; la-</i> <i>psus.</i>	247
<i>Vulnerum Ventriculi insanabilitas.</i>	249
<i>Accidentium variorum raritas.</i>	250
<i>Flatuum in Ventriculo Proventus.</i>	251
<i>Inconueniens ad Flatus removendos Remediorum</i> <i>usus.</i>	252
<i>Ructuum confusa significatio.</i>	254
<i>Appetitus ablati cause.</i>	255
<i>Ad eundem Remediorum moderamen.</i>	257
<i>Bulymi &amp; Canina famis incurfus.</i>	258
<i>Pica vel malacia insolentia.</i>	260
<i>Imbecillitatis Ventriculi enarratio.</i>	262
<i>Ejusdem neglecta dignotio.</i>	264
<i>Remediorum ad eandem usus incongruus.</i>	266
<i>Dolores Ventriculi, &amp; eorum cause.</i>	269
<i>Dolorum perversa sublatio.</i>	271
<i>Ardor Ventriculo molestus.</i>	272

RECOLLECTIO RERUM.

*Singultus & ejus cause.* 27  
*Ad singultum tollendum auxilia.* 27  
*Nausea ac Vomitus deductio.* 27  
*Sanguinis Vomitus.* 27  
*Cholerica passionis memoratio.* 28  
*Remediorum ad hos Ventriculi affectus præpositi  
 us usus.* 28  
*Epilogus.* 28

F I N I S.





